



---

Dissertations

Theses and Dissertations

---

1983

## Carmina Priapea

Richard E. Clairmont  
*Loyola University Chicago*

Follow this and additional works at: [https://ecommons.luc.edu/luc\\_diss](https://ecommons.luc.edu/luc_diss)



Part of the [Classics Commons](#)

---

### Recommended Citation

Clairmont, Richard E., "Carmina Priapea" (1983). *Dissertations*. 2178.  
[https://ecommons.luc.edu/luc\\_diss/2178](https://ecommons.luc.edu/luc_diss/2178)

This Dissertation is brought to you for free and open access by the Theses and Dissertations at Loyola eCommons. It has been accepted for inclusion in Dissertations by an authorized administrator of Loyola eCommons. For more information, please contact [ecommons@luc.edu](mailto:ecommons@luc.edu).



This work is licensed under a [Creative Commons Attribution-Noncommercial-No Derivative Works 3.0 License](#).  
Copyright © 1983 Richard E. Clairmont

CARMINA PRIAPEA

DISSERTATIO

QVAM

AD SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES  
AB AMPLISSIMO PHILOSOPHORVM ORDINE  
IN VNIVERSITATE LOYOLANA CHICAGIENSI  
RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

RICHARD ERNEST CLAIRMONT

MENSE MARTIO

1983

IOANNI CHRISTO ROVMANI

AMICO

## PRAEFATIO

Apparet eis qui Graecis Latinisque nunc studeant literis maxime profuturos esse quorumlibet scriptorum textus qui apparatu critico quam diligentissime editi sint et viro-  
rum doctorum commentariis instructi sint. In hac autem dis-  
sertatione mea Carminum Priapeorum editionem criticam cum  
commentario, qua opus esse bene indicaverat vir doctus Vinz-  
enz Buchheit,<sup>1</sup> non praeparabo, sed codicibus usus quadra-  
ginta et Carminum Priapeorum editionibus prioribus novem,<sup>2</sup>

---

<sup>1</sup>Studien zum Corpus Priapeorum (München: C. H. Beck'sche Verlagsbuchhandlung, 1962), p. 2.

<sup>2</sup>Conradus Sweynheym et Arnoldus Pannartz, 1469 (ed. pr.); Franciscus Asulanus, 1534 (ed. Ald.); Josephus Justus Scaliger, 1595; Emil Baehrens, 1879; Franz Buecheler, 1904; Lucian Mueller, 1913; Friedrich Vollmer, 1923; Carlo Pascal, 1931; Ignazio Cazzaniga, 1959. De quibus cf. partem Editio-  
nes et Commentaria post paginas ubi conspectus codicum designatus est et partem primam capituli de codicum affinitate.

Hic addo velut in appendice indicem Carminum Priapeo-  
rum versionum aut versionum cum editionibus quae in annis ante editionem Cazzaniganam (1959) typis expressae sunt:

- 1) Petronius, Bruchstücke eines Sittenromanes aus Nero's Zeit. Als Anhang: 43 priapeische Lieder. Nach Buecheler's kritischem Texte übersetzt (Stuttgart: J. Scheibler's Verlagsbuchhandlung, 1874), pp. 132-146.
- 2) Priapeia, or, The Sportive Epigrams of Divers Poets on Priapus Now First Completely Done into English Prose from the Original Latin with Introd. Notes, Explanatory and Illustrative and Excursus: to Which is Appended the Latin Text (Athens: Imprinted for Private Distribution Only, 1888). Non inspexi.

inter quas commentarium ab Hieronymo Avantio, viro docto  
saeculi XV, Venetiis in anno 1495 typis expressum inter-

---

- 3) Priapeia; or, The Sportive Epigrams of Divers Poets on Priapus; the Latin Text Now for the First Time Englished in Verse and Prose (the Metrical Version by "Outidanos") with Introduction, Notes Explanatory and Illustrative, and Excursus by "Neaniskos" (Cosmopoli: Printed by the Translators for Private Subscribers Only, 1890).
- 4) Alexander, Freiherr von Bernus, tr., Carmina Priapeia in Nachdichtung von Alexander von Bernus. Mit einer kritischen Einführung von Adolf Dannegger (Berlin: Privatdruck des Verlages Schuster & Loeffler, 1905). Non inspexi.
- 5) L'Oeuvre priapique des anciens et des modernes. Priapeia (traduit pour la première fois). L'Hermaphrodite, de Panormita. - L'Hecatelegium, de Pacifico Massimi (extraits). - Priapées, de Maynard. Ouvrage orné de quatre illustrations hors texte (Paris: Bibliothèque des curieux, 1914).
- 6) Albert t'Serstevens, ed. & tr., Les Priapées, traduites du latin par A. t'Serstevens. Cinq planches sur cuivre gravées par Georges Gorvel d'après les modèles antiques. Dessins originaux de M. Bousquet (Paris: Éditions du Trianon, 1929). P. 10 dicit t'Serstevens se ed. Amstelodamensi 1669 (Scaliger, Scioppius, Lindenbrog) usum esse.
- 7) [Mitchell Starrett Buck, tr.] The Priapeia; an Anthology of Poems on Priapus, Translated from the Latin into English Verse ([Philadelphia]: Privately Printed, 1937).
- 8) Giovanni Bach, ed. & tr., Carmina Priapea, nella traduzione di Giovanni Bach ([Roma]: De Carlo, 1945). Versio Italica cum editione. Non inspexi.
- 9) Thomas Robert Smith, comp., 'Epigrams on Priapus from "Priapeia." London, 1889.' Poetica erotica; a Collection of Rare and Curious Amatory Verse (New York: Crown Publishers, [c1921, 1949]), pp. 53-56. Carmina Priapea I, II, III, IV, V, VII, IX, XVIII, XXV, XLIV, LXIII, LXIX.
- 10) Giovanni Bach, ed. & tr., Carmina Priapea, nella traduzione di Giovanni Bach ([Roma]: De Carlo, 1950). Versio Italica cum editione. Non inspexi, sed Augusto Vespini (v. infra) in editione sua Carminum Priapeorum cum versione Italica, p. 15, dixit Bach editionis Maggianae (1923) textum secutum esse.

posui,<sup>3</sup> editionem criticam praeparabo, quae solum carmina octoginta amplectitur et non ea carmina tria quae post Car-  
men Priapeum LXXX paucis in codicibus inveniuntur; cui edi-  
tioni accedunt coniecturae doctorum virorum quas in Capite  
IV, Parte III. B, memoravi.

Quadraginta codices quibus usus hanc editionem meam  
praeparavi in annis 1977-1978 quaestione assidua inveni, sed  
in annis qui annum 1978 secuti sunt alios extare codices  
triginta quinque comperi qui Carmina Priapea continerent.  
(De quibus cf. appendicem quam post Carminum Priapeorum tex-  
tum et apparatus criticum adieci.) Codices autem quos huius

---

<sup>3</sup>De Hieronymo Avantio (Girolamo Avanzio), multorum  
scriptorum Latinorum commentatore, cf. Frank-Rutger Haus-  
mann, "Carmina Priapea. I. Carmina Priapea. Commentaries. 3.  
Hieronymus Avantius," Catalogus translationum et commentari-  
orum: Mediaeval and Renaissance Latin Translations and Com-  
mentaries; Annotated Lists and Guides, Vol. IV (Washington,  
D. C.: The Catholic University of America Press, 1980), pp.  
433-434, 439, et pp. 434-438 (de eius commentario ed. 1495,  
quo in hac editione mea praeparanda usus sum). Hic adiecta  
sunt copiosius opera quae de Hieronymo Avantio memorat Haus-  
mann, p. 439:

- 1) Mario Emilio Cosenza, Biographical and Bibliographi-  
cal Dictionary of the Italian Humanists and of the  
World of Classical Scholarship in Italy, 1300-1800,  
Vol. I (2a ed.; Boston: G. K. Hall & Co., 1962), pp.  
349-350.
- 2) Giovanni Battista Carlo, conte Giuliani, Della lette-  
ratura veronese al cadere del secolo XV e delle sue  
opere a stampa (Bologna: Tipografia Fava e Garagnani,  
1876), pp. 197-199, 206-207. Non inspexi.
- 3) Francesco Scipione, marchese Maffei, Verona illustra-  
ta, Vol. II (Verona: J. Vallarsi e P. Berno, 1731),  
p. 153. Non inspexi.
- 4) Onofrio Panvinio, De vrbis Veronae viris doctrina, &  
bellica virtute illvstribvs ([Veronae: -- 1621]), pp.  
55 sqq. Non inspexi.

editionis meae praeparandae causa contuli maior pars sunt omnium codicum qui Carmina Priapea continent, ideo non dubito quin hi alii codices recentiores Carminum Priapeorum textum longe similem exhibituri sint. Quamquam longitudini dissertationis meae, numero codicum manuscriptorum circumscripto, moderatus sum, in animo habeo hos alios codices triginta quinque posthac recensere et anquirere utrum alii quoque codices qui Carmina Priapea continent extent.

Post annum 1959 autem Carminum Priapeorum quinque aliae editiones apparuere:

- 1) Carl Fischer et Bernhard Kytzler, ed. & tr., Priapea. Die Gedichte des Corpus Priapeorum. Lateinisch und deutsch. Herausgegeben von Carl Fischer. Mit einer Einführung von Bernhard Kytzler ([Salzburg]: Residenz Verlag, [1969]). Non inspexi, sed videas notam 5 infra.
- 2) Augusto Vespini, ed. & tr., Io, Priapo ... Carmina Priapea: premessa, traduzione dal latino e note a cura di Augusto Vespini ([Napoli]: Edizioni del del-fino, [1975]). P. xiii memorat Vespini Carminum Priapeorum editionem Maggianam cum commento (1923) et editionem Bachianam cum versione Italica (v. supra adn. 2, n. 10, sed non liquet mihi cuius editoris textum sequatur Vespini.
- 3) [Fabricio Serra, ed.] Grattius Faliscus, "Priapeorum" poetae (Pisa: in aedibus Giardini Editori e Stampatori, 1976). Tantummodo codicibus decem usus esse videtur Serra in editione sua praeparanda, p. 39, sed nullum apparatus criticum praebet. Codices quos memorat Serra sunt D, E, H, J, K, L, a, b, l aut m ("Vossianus, saec. XV" in Serra), et "Ottobonianus = Vaticanus 2894, saec. XVI." Mirum in modum nullam editionem post Pascalianam (1931) memorat Serra, p. 39.
- 4) Cesare Vivaldi, ed. & tr., I carmi priapei: Introduzione, traduzione e note di Cesare Vivaldi. Testo latino a fronte ([Milano]: Guanda, [1976]). P. 15 dixit Vivaldi se textum editionis Cazzaniganae (1952) Carminum Priapeorum Italice reddendorum causa secutum esse.
- 5) Bernhard Kytzler, ed., et Carl Fischer, tr., Carmina Priapea: Gedichte an den Gartengott. Ausgewählt und erklärt von Bernhard Kytzler, übersetzt von Carl

Fischer (Zürich und München: Artemis Verlag, [1978]).  
Éditione Buecheler-Heraeus (1912) quam ipse non in-  
spxi usus est Kytzler, p. 209, Carminum Priapeorum  
textus praeparandi causa, cui accedunt quaedam lecti-  
ones virorum doctorum recentiorum. Quibus lectoribus  
haec editio (1912) ignota est indicem hic addo: Franz  
Buecheler et Wilhelm Heraeus, edd., Petronii Saturae  
et Liber Priapeorum; recensuit Franciscus Buecheler.  
Éditionem quintam curavit Guilelmus Heraeus. Adiectae  
sunt Varronis et Senecae satvrae similesqve reliqviae  
(Berolini: apud Weidmannos, 1912).

Operibus quae cum numeris 1, 2, 3, et 4 designavi uti non potui in hac editione mea praeparanda, quia ea extare non comperi donec, proposito meo relato, collationem editionum ac codicum manuscriptorum coeperam. Extare autem editionem Kytzlerianam (v. n. 5 supra) comperi in litteris ab Eugene O'Connor die XII mensis Octobris anni 1980 datis, sed mense Decembri anni 1981 huius editionis exemplar obtinui. Haec editio vero ab aliis differt quas in hac editione mea praeparanda contuli, quia Kytzler Carminum Priapeorum textum, tantummodo editione Buecheler-Heraeus (1912) et quibusdam virorum doctorum recentiorum lectionibus collatis, edendum curavit.

Quod comperire potui, editio quam Buchheit supra desiderabat non iam apparuit. Prof. Judith P. Hallett autem mihi nuper dixit se Carminum Priapeorum editionis cum commentario et versione prosa Anglica praeparandae causa stipendium recepisse, quamquam Hallett editionibus usa Vollmeriana (1923) et Cazzanigana (1959) suam praeparabit editionem.<sup>4</sup>

---

<sup>4</sup>Hanc notitiam excerpsi ex apographo photographico pro-



Praeterea hanc editionem meam capitibus de codicum  
manuscriptorum descriptione quam ex variarum bibliothecarum  
catalogis et virorum doctorum verbis ipse conscribam,<sup>5</sup> de  
eorundem codicum affinitate et de operibus quae in annis  
MDCCCXXX-MCMLXXXII ad Carmina Priapea spectant instruam.

---

positi quod Concilio "National Endowment for the Humanities"  
vere anni 1978 rettulerat Hallett, p. 5: 'I will essentially  
base my edition and translation of the "great" Priapea on  
the two most recent editions of the text, those of Vollmer  
(Poetae Latini Minores, 1923) and Cazzaniga (1959).' Lit-  
teras quoque ab eadem Hallett die XXIV mensis Maii anni 1982  
datas cum hoc apographo photographico accepi.

<sup>5</sup>Omnes codices manuscriptos aut photographis aut pho-  
tographis reductis (= "microfilm") quae Carmina Priapea con-  
tinent contuli.

## VITA

Richard Ernest Clairmont natus sum ante diem sextum Kalendas Martias anni 1949 in oppido Laconia in civitate New Hampshire patre Joseph Leo, matre Katherine Anne e gente Bouchard, quos ambo adhuc inter vivos esse gaudeo.

Primis litterarum elementis imbutus per octo annos in schola publica oppidi Gilmanton in civitate New Hampshire, tum in eadem civitate gymnasium oppidi Laconiae per quattuor annos frequentavi. Maturitatis testimonio aestate anni 1967 instructus, deinde ad oppidum Durham in civitate New Hampshire autumnus anni 1967 me contuli, ubi studiis philologicis operam dedi per quattuor annos in Universitate de New Hampshire. In anno 1970 invitatus eram ut sodalis Societatis Phi Beta Kappa fierem. Baccalaureatum artium in litteris Graecis Latinisque vere anni 1971 adeptus, deinde ad oppidum Charlottesville in civitate Virginia autumnus anni 1971 me contuli; ibi postquam thesim scripsi, cui titulus est A Critical Edition and Evaluation of a Mediaeval Commentary on Seneca's Apocolocyntosis, maturitatis testimonium, magistratum artium, in litteris Latinis vere anni 1973 consecutus sum. Postea haec thesis mea in anno 1974 typis expressa est in Rivista di Cultura Classica e Medioevale, XVI (1974), pp. 235-266, cui titulus est "Glose in Librum de ludo Claudii

Annei Senece." Tum postquam munus militiae per tres menses vere anni 1974 sustinui, autumnno eiusdem anni studiis philologicis utriusque linguae operam dedi in civitate Illinois in Vniversitate Loyolana Chicagiensi. Studia Graeca Latinaque in annis 1975-1976 Romae in Collegio Loyola University of Chicago Rome Center of Liberal Arts docui. In anno 1980 thesis mea, denuo emendata et aucta, versione Anglica, commentario, indicibus, etc. locupletata, Chicagini apud typographeum Ares Publishers, Inc., typis expressa est, cui titulus est A Commentary on Seneca's Apocolocyntosis Divi Clavdii; or, Glose in Librvm De Ivdō Clavdii Annei Senece: Editio critica emendata, Latin Text with Facing English Translation, Commentary, Notes, Indices and Facsimile of Cod. Balliol 130.

TABVLA ARGVMENTI

	Pagina
PRAEFATIO .....	iii
VITA .....	ix
TABVLA ARGVMENTI .....	xi
I. DESCRIPTIO CODICVM MANVSCRIPTORVM .....	1
PRAEFATIO AD DESCRIPTIONEM CODICVM MANVSCRIPTORVM .....	1
DESCRIPTIO CODICVM MANVSCRIPTORVM .....	2
II. DE CODICVM QVIBVS IN HAC EDITIONE PRAEPARANDA V- SVS SVM AFFINITATE .....	85
III. CARMINA PRIAPEA .....	109
CONSPECTVS SIGLORVM .....	109
EDITIONES ET COMMENTARIA .....	112
CARMINA PRIAPEA .....	114
APPENDIX DE CODICIBVS MANVSCRIPTIS CARMINA PRI- APEA CONTINENTIBVS QVI IN HAC EDITIONE NON IN- CLVDI POTVERE .....	383
IV. DE OPERIBVS QVAE IN ANNIS MDCCCXXX-MCMLXXXII AD CARMINA PRIAPEA SPECTANT .....	385

## CAPVT I

### DESCRIPTIO CODICVM MANVSCRIPTORVM

#### PRAEFATIO AD DESCRIPTIONEM

#### CODICVM MANVSCRIPTORVM

Ne lectores perturbarentur, unum quidem librarium codicem exaravisse indicavi photographis aut photographis usus reductis, nisi alterum adesse librarium suspicarer. In descriptione autem codicum manuscriptorum unum aut plures adesse librarios indicavi cum scriptor catalogi codicum manuscriptorum vel bibliothecarius vel quidam vir doctus in litteris causis quam optime explanatis hoc dixit.

N. B.: In describendis codicibus verbis photographis reductis pro "microfilm" usus sum.

DESCRIPTIO CODICVM MANVSCRIPTORVM

A. Codex Ambrosianus D 267 Inf.<sup>1</sup>

Saec. XV (inter annos 1453 et 1460),<sup>2</sup> chart., 28.5 x 20.5 cm.,<sup>3</sup> iv + 117 ff., 25 ll. (30 ll. in f. 57<sup>v</sup>)<sup>4</sup>.

Hic codex, qui nunc in Bibliotheca Ambrosiana Mediolani

---

<sup>1</sup>Inventario Ceruti dei manoscritti della Biblioteca Ambrosiana, Vol. I (Trezzano s/N. (MI): Editrice Etimar S. p. A., 1973), p. 543; James L. Butrica, The Manuscript Tradition of Propertius (Diss. Toronto, 1978), pp. 71-74; Ambrogio Maria Amelli, O. S. B., "Indice dei codici manoscritti della Biblioteca Ambrosiana," Rivista delle Biblioteche e degli Archivi, XXI (1910), p. 60; Paul Oskar Kristeller, Iter Italicum; a Finding List of Uncatalogued or Incompletely Catalogued Humanistic Manuscripts of the Renaissance in Italian and Other Libraries, Vol. I (London: The Warburg Institute; Leiden: E. J. Brill, 1963), p. 285. Remigio autem Sabbadini, "Spogli ambrosiani latini," Studi Italiani di Filologia Classica, XI (1903), p. 356, quasdam observationes et notas ad Propertii Elegias ex hoc codice praebet. Cf. collationem huius Ambrosiani factam ab Ignazio Cazzaniga, "Varia graeco-latina - III. I. - I Priapea dell'Ambrosiano D 267 Inf.," Rendiconti dell'Istituto Lombardo, Classe di Lettere, Scienze Morali e Storiche, LXXV (1941-1942), pp. 350-351. Mihi praesto erant photographa e Bibliotheca Ambrosiana; itemque photographa ex Instituto Mediaevali Vniversitatis Nostrae Dominae acceperam.

<sup>2</sup>Butrica in litteris die XVII mensis Maii anni 1978 datis dixit hunc codicem in regione Patavina e codice Patavino in anno 1453 scripto exaratum itemque emendatum esse, ex quo alii codices Patavini in annis 1460-1465 scripti derivati sint.

<sup>3</sup>Hanc mensuram mihi quidam bibliothecarius Bibliothecae Ambrosianae in litteris die XVIII mensis Octobris anni 1978 datis rettulit.

<sup>4</sup>Butrica, p. 71.

adservatur, littera humanistica exaratus est. Sex librarii hunc codicem exaraverunt.<sup>5</sup> Multae quoque notae marginales, variae lectiones et notae Graece scriptae insunt. In regione Patavina exaratus est;<sup>6</sup> dono equitis Octavii Ferrarii in Academia Patavina interpretis ad Bibliothecam Ambrosianam accedit.<sup>7</sup> Guarinus etiam Veronensis eum possedit et emendavit,<sup>8</sup> sed nescio quis eum prior possederit, quamquam Guarini duo carmina continet. (Cf. adnotationem 7.)

In hoc codice continentur:

- 1) ff. i<sup>r</sup>-iv<sup>v</sup>: vacua.
- 2) ff. 1<sup>r</sup>-82<sup>v</sup>: Propertii Elegiarum libri quatuor.
- 3) ff. 83<sup>r</sup>-85<sup>r</sup>: Virgilii Moretum.
- 4) ff. 85<sup>v</sup>-96<sup>v</sup>: Carmina Priapea.
- 5) ff. 97<sup>r</sup>-98<sup>r</sup>: vacua.

---

<sup>5</sup>Cazzaniga, p. 351, de tertia manu egit quae carmina, titulis et metris additis, distinxit et Butrica, p. 71, addit quattuor librarios aequales hunc codicem annotavisse.

<sup>6</sup>v. adnotationem 2.

<sup>7</sup>Inventario Ceruti, p. 543; Amelli, p. 60; Sabbadini, p. 356.

<sup>8</sup>Sabbadini, p. 356. Guarinus, ut supra dixi, hunc codicem emendavit; quasdam eius lectiones aut eiusdem coniecturas diu confirmatas exhibet Sabbadini, "La critica del testo del De Officiis di Cicerone e delle poesie pseudo-vergiliane secondo due novi codici. Il codice Guariniano dei Priapea: Collazione ed emendamenti," Annuario Scolastico della R. Università degli Studj di Catania, (1887-1888), pp. 66-74.

- 6) f. 98<sup>v</sup>: Guarini Veronensis carmina duo.
- 7) f. 99<sup>r</sup>: Virgilii Copa.
- 8) ff. 99<sup>r</sup>-100<sup>r</sup>: De institutione viri boni, quod carmen fertur Virgilii.
- 9) ff. 100<sup>r</sup>-101<sup>r</sup>: De rosis nascentibus, quod carmen fertur Virgilii.
- 10) f. 101<sup>v</sup>: De est et non, quod carmen fertur Virgilii.
- 11) ff. 102<sup>r</sup>-110<sup>r</sup>: Virgilii Culex.
- 12) ff. 110<sup>r</sup>-113<sup>v</sup>: Virgilii Dirae.
- 13) ff. 113<sup>v</sup>-115<sup>v</sup>: Carmina Virgiliana.<sup>9</sup>
- 14) ff. 116<sup>r</sup>-117<sup>v</sup>: Epitaphia Virgiliana.

B. Codex Bodleianus Latinus class. d. 5 (30059)<sup>10</sup>

Saec. XV ineuntis (1420-1421), chart., 21.4 x 12.5 cm.,<sup>11</sup> 95 ff.

Hic codex, qui nunc in Bibliotheca Bodleiana Oxonii adservatur, littera humanistica exaratus est. Complures

<sup>9</sup>De carminibus singulis in particulis 13 et 14 cf. Butrica, pp. 72-73.

<sup>10</sup>Falconer Madan, A Summary Catalogue of Western Manuscripts in the Bodleian Library at Oxford, Which Have Not Hitherto Been Catalogued in the Quarto Series, with References to the Oriental and Other Manuscripts, Vol. V (Oxford: At the Clarendon Press, 1905), pp. 722-723. Usus sum photographis reductis e Bibliotheca Bodleiana.

<sup>11</sup>Hanc mensuram in mm. mihi Cornelia Starks, bibliothecaria Bibliothecae Bodleianae, in litteris die XX mensis Octobris anni 1978 datis rettulit.



librarii eundem codicem, qui e quattuor codicibus coniunctus est, exaraverunt. Paucae quoque litterae initiales colore rubro ornatae sunt. In f. 91<sup>v</sup> haec subscriptio addita est: "Explicit feliciter / Priapeya Virgiliij publiij maronis mantuani po- / etę. Oddo Magolinus absoluit. Anno sal- / uatoris. M cc<sup>o</sup>ccxxj<sup>o</sup>. die mercurij.xxiiij<sup>o</sup>. Septem-  
br  
precedenti inchoata:—." Hunc codicem Patavii in anno 1473 possedit Paulus Ramusius Ariminiensis. Itemque Prof. C. Babington eum in anno 1859 possedit: postea die XXVII mensis Novembris anni 1889 sub hasta Bibliothecae Bodleianae venit.

In hoc codice continentur:

- 1) f. 1<sup>r-v</sup>: vacuum, ut videtur.
- 2) ff. 2<sup>r</sup>-46<sup>v</sup>: Tibulli Elegiarum libri tres.
- 3) ff. 47<sup>r</sup>-75<sup>r</sup>: Ovidii Amorum libri tres cum epigrammate versuum quattuor.
- 4) f. 75<sup>v</sup>: Quaedam carmina Italica.
- 5) f. 76<sup>r</sup>: vacuum, ut videtur.
- 6) f. 76<sup>v</sup>: Duo epigrammata Graeca.
- 7) ff. 77<sup>r</sup>-82<sup>v</sup>: Ovidii Heroidum epistola quinta decima.
- 8) ff. 83<sup>r</sup>-91<sup>v</sup>: Carmina Priapea.
- 9) ff. 92<sup>r</sup>-94<sup>r</sup>: Quaedam carmina Italica.
- 10) ff. 94<sup>v</sup>-95<sup>v</sup>: vacua, ut videtur.

(17045)<sup>12</sup>.

Saec. XVI ineuntis, chart., 17.78 x 12.06 cm., iii + 157 ff.

Hic codex, qui nunc in Bibliotheca Bodleiana Oxonii adservatur, littera humanistica ab uno librario exaratus esse videtur. Post f. 150<sup>r</sup> desunt aliquot folia. Nescio quo folio est addita haec subscriptio: "Est Dionysij Aelij a Lancino Curtio suo" (saec. XVI ineuntis?).

In hoc codice continentur:

- 1) ff. i<sup>r</sup>-ii<sup>r</sup>: vacua, ut videtur.
- 2) f. ii<sup>v</sup>: Petrarchae versus octo.
- 3) f. iii<sup>r-v</sup>: vacuum, ut videtur.
- 4) ff. 1<sup>r</sup>-52<sup>r</sup>: Tibulli Elegiarum libri quattuor quae cum I. XXXIV incipiunt; post eas epigramma vitaeque brevis exhibentur.
- 5) ff. 52<sup>v</sup>-59<sup>v</sup>: Ovidii Amorum etc. excerpta.
- 6) ff. 60<sup>r</sup>-74<sup>v</sup>: Carmina Priapea.
- 7) ff. 75<sup>r</sup>-77<sup>v</sup>: Carmen Priapeis simile, quod cum verbis "Photis noster amor" incipit.
- 8) f. 78<sup>r</sup>: Quattuor epigrammata Latina.
- 9) f. 78<sup>v</sup>: Martialis Epigrammata quinquaginta quae facetiae tres Latine scriptae sequuntur.
- 10) ff. 90<sup>r</sup>-120<sup>r</sup>: Antonii Panormitae Hermaphro-  
diti liber primus.

---

<sup>12</sup>Madan, Vol. IV (Oxford: At the Clarendon Press, 1897), pp. 78-79. Mihi praesto erant photographa reducta e

- 11) ff. 120<sup>V</sup>-138<sup>V</sup>: Petri Porcelii quaedam carmina Latina.
- 12) ff. 139<sup>R</sup>-150<sup>R</sup>: Ioviani Pontani Parthenopaeus.
- 13) ff. 150<sup>V</sup>-157<sup>V</sup>: vacua, ut videtur. (De his foliis v. supra in descriptione.)

D. Codex Catinensis S. Nicolai 30<sup>13</sup>

Saec. XV exeuntis (ante 1482),<sup>14</sup> 18 x 12 cm., 27 ff.,<sup>15</sup>  
20 ll., 1 col.

Hic codex, qui nunc in Bibliothecis Riunitis Civica et  
A. Ursino Recupero Catinae (olim in Bibliotheca Benedictina

---

Bibliotheca Bodleiana.

<sup>13</sup>Cf. litteras a Prof. Maria Salmeri, Directrice Bibliothecarum Riunitarum Civicae et A. Ursino Recupero Catinae, die XVI mensis Martii anni 1978 datas; photographa brevis descriptionis manuscriptae quae ab eadem Salmeri eodem tempore acceperam; Carmelo Calì, Di un codice de' Priapea nella Benedettina di Catania (Catania: Niccolò Giannotta, Editore, 1892), pp. 7-9; Calì, "Il codice Benedettino N 30 de i Priapea e dell'epistola ovidiana di Saffo," Studi su i Priapea e le loro imitazioni in latino e in volgare con la collazione del codice Benedettino N 30 (Catania: Niccolò Giannotta, Editore, 1893), pp. 123-134, quod caput cum suo libello modo citato congruit. (V. etiam editionem 1894 eius libelli Studi su i Priapea e le loro imitazioni (Catania: --, 1894), e quo caput "Notizia del codice dei Priapea nella Benedettina di Catania" in eius opere Studi letterari. I Priapea e le loro imitazioni - L. Cornelio Sisenna - Pacifico Massimi e l'Hecatelegium - Operette satiriche e versi di Mariangelo Accursio (Torino: Casa editrice Ermanno Loescher, 1898), pp. 87-91, excerptum est.) Numerus huius codicis 30 est 37 in F. Rühl, "Bemerkungen über einige Bibliotheken von Sicilien," Philologus, XLVII (1889), p. 585. Photographis usus sum reductis e Bibliothecis Riunitis Civica et A. Ursino Recupero.

<sup>14</sup>Calì, Di un codice de' Priapea, p. 9.

<sup>15</sup>Hic codex autem secundum descriptionem manuscriptam e foliis constat triginta.

S. Nicolai Catinae) adservatur, totus litteris cryptographicis exaratus est, quarum clavis ad litteras maiusculas in f. 2<sup>v</sup> data est (v. particulam 3 infra); litterae autem minusculae ex litteris Graecis conversis aut deformatis confectae sunt.<sup>16</sup> Unus librarius hunc codicem exaravit.<sup>17</sup> Litterae initiales colore rubro ornatae sunt; solum f. 3<sup>r</sup> miniatum est.<sup>18</sup> Parvae autem notae marginales inveniuntur. Scriptura etiam Graeca paucis in locis invenitur. In f. 3<sup>r</sup> in inferiore margine stemma genealogicum, SMT a o (?) u, item pulchre miniatum est;<sup>19</sup> quod stemma familiae librarii, etiam possessoris huius codicis, erat.<sup>20</sup> Hic codex forsitan in Sicilia Catinae exaratus sit; in Sicilia in saeculo XIV in primis Catina centrum scripturae cryptographicae erat, in qua civitate in Bibliotheca Benedictina S. Nicolai codices cryptographici exarati erant.<sup>21</sup>

---

<sup>16</sup>Calì, "Il codice Benedettino N 30," p. 124.

<sup>17</sup>Calì, Di un codice de' Priapea, p. 8.

<sup>18</sup>Cf. descriptionem manuscriptam.

<sup>19</sup>Cf. descriptionem manuscriptam et Calì, Di un codice de' Priapea, p. 8.

<sup>20</sup>Calì, Di un codice de' Priapea, p. 8.

<sup>21</sup>Cf. Luigi della Marra, "La crittografia nel Secolo XIV in Sicilia," Giornale del Gabinetto Letterario dell'Accademia Gioenia di Scienze Naturali, n. s., IV (1858), pp. 28-47, in primis p. 46. De natura cryptographica huius codicis egit Rühl, p. 585. De cryptographia in codicibus Latinis Medii Aevi cf. etiam Maurice Prou, "Abbréviations. § 10. Cryptographie," Manuel de paléographie latine et française

In hoc codice continentur:

- 1) f. 1<sup>r</sup>: Virgilii Priapea tria ex Appendice Virgiliana, ut videtur.
- 2) f. 1<sup>v</sup>: Martialis Epigramma XII. XXXIV. 8-11; Littera Pythagorea, id est, Littera Y.
- 3) f. 2<sup>r</sup>: Index nominum optimorum grammaticorum.
- 4) f. 2<sup>v</sup>: Clavis litterarum maiuscularum in quibus hic codex scriptus est; aliquot apophthegmata moralia.
- 5) ff. 3<sup>r</sup>-16<sup>v</sup>: Carmina Priapea.
- 6) ff. 17<sup>r</sup>-19<sup>v</sup>: Virgilii Moretum.
- 7) ff. 20<sup>r</sup>-25<sup>v</sup>: Ovidii Heroidum epistula quinta decima.
- 8) f. 26<sup>r-v</sup>: De rosis nascentibus, quod carmen fertur Virgilii.
- 9) f. 27<sup>r-v</sup>: vacuum, ut videtur, τέλος nescio quo folio addito.

E. Codex Corsinianus 43. F. 21<sup>22</sup>

---

(Paris: Auguste Picard, Éditeur, 1924), pp. 161-165, in quibus paginis nulla mentio Siciliae facta est, Wilhelm Wattenbach, Anleitung zur lateinischen Palaeographie (Leipzig: Verlag von S. Hirzel, 1886), pp. 12-14, et Marvin L. Colker, "A Discussion of Cryptography in a Late Medieval Codex," Manuscripta, XV (1971), pp. 85-88.

<sup>22</sup>Cf. litteras ab Amelia Cosatti, Directrice Bibliothecae Corsiniana in Academia Nationali Linceorum, die VI mensis Decembris anni 1978 datas; photographa brevis descriptionis manuscriptae quae ab eadem Cosatti eodem tempore acceperam. Cf. etiam Remo Giomini, 'Sul Corsiniano dell'"Appendix Vergiliana"', Studi Italiani di Filologia Classica,

Saec. XV,<sup>23</sup> chart., 27.5 x 20 cm., 30 ff., 34 ad 36 ll., 1 col.

Hic codex, qui nunc in Bibliotheca Corsiniana in Academia Nationali Linceorum Romae adservatur, littera humanistica cursiva exaratus est. Unus librarius hunc codicem exaravisse videtur. Annumeratio foliorum singulorum duplex est,<sup>24</sup> quia ff. 1<sup>r</sup>-23<sup>v</sup>, cum hic codex una cum codice 900 coniunctus esset, primum cum numeris 102-124 designata erant; deinde in saec. XIX Rezzi, bibliothecarius Bibliothecae Corsinianae, hos codices separatos foliis nostri codicis numeros 1-30 assignavit. Itaque ff. 1<sup>r</sup>, 2<sup>r</sup>, 3<sup>r</sup>, 4<sup>r</sup>, etc., usque ad f. 16<sup>r</sup> cum numeris 1-16 designata erant, dum ff. 17<sup>r</sup>-30<sup>v</sup> quasi paginae singulae cum numeris 17, 18, etc., designata erant. Litterae initiales maiores coloribus caeruleo et rubro ornatae sunt. Multae notae usque ad f. 17<sup>r</sup> inveniuntur.

In hoc codice continentur:

- 1) ff. 1<sup>r</sup>-16<sup>v</sup>: Carmina Priapea; Priapea tria et

---

XXIV (1950), pp. 167-180; itemque de Corsiniano egerunt Armando Salvatore, "Studi sulla tradizione manoscritta e sul testo della Ciris. Il codice Corsiniano 43 F 21," Rendiconti della Accademia di Archeologia, Lettere e Belle Arti di Napoli, n. s., XXX (1955), pp. 120-123, et Rudolf Helm, "Beiträge zum Culex," Hermes, LXXXI (1953), pp. 49-77. Mihi praesto erant photographa reducta e Bibliotheca Corsiniana.

<sup>23</sup>Saec. XVI praebet Giomini, p. 170.

<sup>24</sup>Cf. litteras a Cosatti. De annumeratione foliorum egit etiam Giomini, pp. 170-172, sed id quod de hac dixit me valde perturbavit.

alia carmina quae in Appendice Virgiliana continentur.<sup>25</sup>

2) ff. 17<sup>r</sup>-30<sup>v</sup>: Aetna et Virgilii Ciris.<sup>26</sup>

F. Codex Gotingensis Philol. 116<sup>27</sup>

Saec. XV exeuntis (inter annos 1464 et 1471),<sup>28</sup> membr., 25 x 14 cm., 210 ff., 35 ll. (ff. 1<sup>r</sup>-22<sup>v</sup>), plerumque 36 ll. (ff. 23<sup>r</sup>-210<sup>v</sup>).

Hic codex, qui nunc in Bibliotheca Vniversitaria (Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek) Gotingae adservatur, ab uno librario exaratus est.<sup>29</sup> Cum tituli in ff. 29<sup>v</sup> et 43<sup>r</sup> tum vetus annumeratio foliorum 1<sup>r</sup>-52<sup>v</sup> ab altero librario scripti sunt. Litterae initiales titulorum coloribus rubro, aureo, caeruleo viridique ornatae sunt. Multae quoque variae lectiones in marginibus adsunt. In fine

<sup>25</sup>Nescio in quibus foliis Carmina Priapea aliaque carmina inveniuntur; de opusculis Virgilianis cf. Giomini, p. 172.

<sup>26</sup>Cf. litteras a Cosatti. De Aetna et Ciri v. Giomini, pp. 171-172.

<sup>27</sup>Cf. Verzeichniss der Handschriften im Preussischen Staate. I. Hannover. 1. Göttingen 1. (Berlin: Verlag von A. Bath, 1893), p. 27; litteras a Doctore Haenel, bibliothecario Bibliothecae Vniversitariae (Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek), die XXVIII mensis Novembris anni 1978 datas. Photographis usus sum e Bibliotheca Vniversitaria.

<sup>28</sup>Verzeichniss, p. 27.

<sup>29</sup>Cf. litteras ab Haenel.

codicis colophon litteris uncialibus scriptus est:<sup>30</sup> Georgius Novariensis Christi Jesu dei / sacerdos haec Virgili opera quaedam / Romae apud basilicam Petri Apostoli / pleraque vero apud sacram aedem inclyti / martyris Georgii Anesciae agri Bergomens. / exscripsit Paulo Secundo Pont. Max. / Christophoro Mauro principe rei p. Venetae / optimis atque sanctissimis." In saec. XVIII familia Koehleriana ex civitatibus Ansbach et Jena oriunda hunc codicem possedit, et Bibliotheca Vniversitaria in anno 1781 eo potita est.<sup>31</sup>

In hoc codice continentur:

- 1) ff. 1<sup>r</sup>-6<sup>v</sup>: Virgilii Culex.
- 2) ff. 7<sup>r</sup>-8<sup>v</sup>: Virgilii Dirae.
- 3) ff. 9<sup>r</sup>-10<sup>v</sup>: Virgilii Moretum.
- 4) f. 11<sup>r</sup>: De est et non, quod carmen fertur Virgilii.
- 5) f. 11<sup>v</sup>: De institutione viri boni, quod carmen fertur Virgilii.
- 6) ff. 12<sup>r</sup>-14<sup>r</sup>: Maecenas, id est, Elegiae in Maecenatem, ut videtur.
- 7) f. 14<sup>v</sup>: De rosis nascentibus, quod carmen fertur Virgilii.
- 8) f. 15<sup>r-v</sup>: Virgilii Copa.
- 9) f. 16<sup>r-v</sup>: Disticha sex in invidum quae ferun-

---

<sup>30</sup>Verzeichniss, p. 27.

<sup>31</sup>Verzeichniss, p. 27.



tur Virgilii; "Nocte pluit," quod carmen fertur Virgilii; Cai Cornelii exclamatio "Temporibus laetis"; Octavii Caesaris Augusti exclamatio "Ergone supremis."

- 10) f. 17<sup>r-v</sup>: Versus Ovidiani qui incipiunt, "Qualis bucolicis ..."; eiusdem epitoma totius Aeneidos; epitaphia pro Virgilio, quae disticha sunt.
- 11) f. 18<sup>r</sup>: Loci e Quintiliano et Sancti Augustini De civitate Dei I de Virgilio; Servii grammatici de Virgilii vita et operibus.
- 12) ff. 14<sup>v</sup>-27<sup>v</sup>:<sup>32</sup> Carmina Priapea.
- 13) f. 28<sup>r-v</sup>: Carmen Priapeum "Quid hoc novi est," quod fertur Virgilii.
- 14) ff. 29<sup>r</sup>-40<sup>r</sup>: Virgilii Bucolica.
- 15) ff. 40<sup>v</sup>-71<sup>r</sup>: Virgilii Georgica.
- 16) ff. 71<sup>v</sup>-210<sup>v</sup>: Virgilii Aeneis.

G. Codex Guelferbytanus 371 (Helmstadiensis 336)<sup>33</sup>

---

<sup>32</sup>Omnia opera quae in hoc codice continentur excerpti e descriptione in Verzeichniss, p. 27, sed non intellego quare ff. 14<sup>v</sup>-18<sup>v</sup> secundum Verzeichniss, p. 27, et Carmina Priapea et alia carmina contineant.

<sup>33</sup>Cf. litteras a Doctore Wolfgang Milde, bibliothecario Bibliothecae Augusteae Guelferbytani, die XXX mensis Octobris anni 1978 datas; Otto von Heinemann, Die Helmstedter Handschriften, Vol. I (editio stereotypa editionis Guelferbytanae 1884; Frankfurt am Main: Vittorio Klostermann, 1963), p. 274. V. etiam Friedrich Adolf Ebert, "703. PRIAPEJA," Zur Handschriftenkunde, Vol. II: Bibliothecae Guelferbytanae codices

Saec. XV (1450),<sup>34</sup> chart., 28 x 21.5 cm., 161 ff., 27 ll.,<sup>35</sup> 1 col.<sup>36</sup>

Hic codex, qui nunc in Bibliotheca Augustea Guelferbytani adservatur, a librario Henrico Hopf exaratus est qui etiam codices 354 (Helmstadiensem 319<sup>b</sup>), 366 (Helmstadiensem 331), 367 (Helmstadiensem 332), 368 (Helmstadiensem 333), 369 (Helmstadiensem 334) et 370 (Helmstadiensem 335) exaraverat.<sup>37</sup> Prima littera initialis (S) colore rubro ornata est. Notae marginales paucis in foliis adsunt. Quidam dux Pomeraniae hunc codicem aequè ac sex alios ab Henrico Hopf exaratos olim possedissee videtur.<sup>38</sup>

In hoc codice continentur:

- 1) ff. 1<sup>r</sup>-3<sup>v</sup>: vacua.
- 2) ff. 4<sup>r</sup>-47<sup>r</sup>: Ovidii Artis amatoriae libri tres.
- 3) f. 47<sup>v</sup>: vacuum, ut videtur.
- 4) ff. 48<sup>r</sup>-63<sup>r</sup>: Ovidii Remedia amoris.
- 5) f. 63<sup>v</sup>: vacuum, ut videtur.
- 6) ff. 64<sup>r</sup>-127<sup>r</sup>: Ovidii Heroidum epistolae vi-

---

graeci et latini classici (Lipsiae: apud Steinackerum et Hartknochium, 1827), p. 136. Mihi praesto erant photographa reducta e Bibliotheca Augustea.

<sup>34</sup>Heinemann, pp. 273-274.

<sup>35</sup>Cf. litteras a Milde.

<sup>36</sup>Cf. litteras a Milde.

<sup>37</sup>Heinemann, pp. 273-274.

<sup>38</sup>Heinemann, p. 265.

ginti.

- 7) ff. 127<sup>V</sup>-131<sup>V</sup>: Ovidii Nux.
- 8) ff. 132<sup>R</sup>-133<sup>V</sup>: Ovidii Medicamina faciei femineae.
- 9) ff. 134<sup>R</sup>-149<sup>V</sup>: Antonii Panormitae Hermaphroditus.
- 10) f. 150<sup>R-V</sup>: Epistola Guarini in laudem Antonii Panormitae.
- 11) ff. 150<sup>V</sup>-151<sup>R</sup>: Epistola Poggii ad Antonium Panormitam.
- 12) ff. 151<sup>V</sup>-161<sup>V</sup>: Carmina Priapea usque ad carmen 83, sed deest carmen 82.

H. Codex Guelferbytanus 373 (Helmstadiensis 338)<sup>39</sup>

Saec. XV exeuntis (1460-1461), chart., 28 x 20.5 cm.,  
iv + 136 + iii ff., plerumque 31 ll.,<sup>40</sup> 1 col.<sup>41</sup>

Hic codex, qui nunc in Bibliotheca Augustea Guelferbytani adservatur, a librario Henrico Hopf littera humanistica exaratus esse videtur,<sup>42</sup> quamquam secundum Heinemannianam

---

<sup>39</sup>Cf. litteras a Milde; Heinemann, pp. 276-277; James L. Butrica, The Manuscript Tradition of Propertius (Diss. Toronto, 1978), pp. 167-172; Ebert, p. 136. V. etiam Th. Struve, "A. Mittheilungen aus Handschriften, 14. Varianten der Helmstädter Handschrift des Properz," Philologus, XIII (1858), pp. 387-394. Mihi praesto erant photographa reducta e Bibliotheca Augustea.

<sup>40</sup>Cf. litteras a Milde.

<sup>41</sup>Cf. litteras a Milde.

<sup>42</sup>Cf. litteras a Milde; Heinemann, pp. 273-275.

descriptionem in f. 75<sup>r</sup> Propertii Elegiarum libri V (mensis Iulii anni 1461) et in f. 88<sup>r</sup> Carmina Priapea (mensis Novembris anni 1460) in colophonibus per Iohannem Carpenssem Ferrarensem subscripta erant;<sup>43</sup> ideoque Mutinae aut Ferrariae exaratus est hic codex.<sup>44</sup> Tituli colore rubro ornati sunt. Paucis in foliis notae marginales plerumque colore rubro ornatae adsunt. De aliis codicibus ab Henrico Hopf exaratis possessoreque priore huius codicis aliorumque sex codicum v. supra in descriptione codicis Guelferbytani 371.

In hoc codice continentur:<sup>45</sup>

- 1) ff. i<sup>r</sup>-iv<sup>v</sup>: vacua, ut videtur.
- 2) ff. 1<sup>r</sup>-4<sup>v</sup>: vacua.
- 3) ff. 5<sup>r</sup>-6<sup>r</sup>: Carmina Latina tria sine titulo.
- 4) ff. 6<sup>v</sup>-8<sup>v</sup>: vacua.
- 5) ff. 9<sup>r</sup>-75<sup>r</sup>: Propertii Elegiarum libri quatuor.

---

<sup>43</sup>Butrica, pp. 167, 172; sententia Ebert expressa, p. 136, ab Iohanne Carpensi exaratus est. De colophonibus ipsis v. Heinemann, p. 276. De Iohanne Carpensi eiusque negotiis in civitate Estensi in annis 1471-1478 cf. Giulio Bertoni, Nuovi studi su Matteo Maria Boiardo (Bologna: Ditta Nicola Zanichelli, 1904), pp. 83-84, 90, et "Appendice I. VII. Giovanni da Carpi," pp. 291-292.

<sup>44</sup>Butrica, pp. 167, 172; cf. vel etiam litteras ab eodem Butrica die VI mensis Octobris anni 1980 datas, ubi id quod in dissertatione sua dixit iterat.

<sup>45</sup>Descriptionem Heinemannianam operum quae in hoc codice continentur cum ampliore descriptione supplevi quam Butrica, pp. 168-172, praebet.

- 6) ff. 75<sup>v</sup>-76<sup>r</sup>: Carmina variorum poetarum et orationes solutae selectae.<sup>46</sup>
- 7) f. 76<sup>r-v</sup>: Testimonia Ovidiana de Propertio eiusque Monobiblo.
- 8) ff. 76<sup>v</sup>-78<sup>v</sup>: Tribrachi Mutinensis epistola poetica ad Thomam Cambiatorem.
- 9) ff. 79<sup>r</sup>-88<sup>r</sup>: Carmina Priapea.
- 10) f. 88<sup>v</sup>: Epigrammata tria: "Me gelidos Are- tusa ..."; "Ante Pegasei ..."; "Nayades unda- rum ...."
- 11) ff. 88<sup>v</sup>-96<sup>r</sup>: Vita Virgiliana.<sup>47</sup>
- 12) f. 96<sup>v</sup>: Epigrammata tria Martialis: Spect. 3, 5, 6.
- 13) f. 97<sup>r</sup>: Gregorii Tipherni carmina tria.
- 14) ff. 97<sup>v</sup>-98<sup>r</sup>: Tribrachi Mutinensis carmina quattuor.
- 15) f. 98<sup>v</sup>: Baptistae Guarini carmen de natura et proprietate Cupidinis.
- 16) f. 99<sup>r</sup>: Ovidii epitaphium.
- 17) ff. 99<sup>v</sup>-101<sup>r</sup>: Titi Vespasiani Strozzae ad

---

<sup>46</sup>De operibus singulis v. Butrica, p. 168.

<sup>47</sup>Ascripta est Tib. Claudio Donato in Heinemann, p. 276. Cf. editionem Vergilii Vitae Donatianae in Jacob Brummer, Vitae Vergilianae (Lipsiae: in aedibus B. G. Teubneri, 1912), pp. 1-19; hunc quoque codicem Guelferbytanum (373) memorat Brummer, pp. xi et xxi, sed p. xi dicit hunc codicem unum ex codicibus esse recentioribus quos ad textum consti- tuendum non inspexerit.

dominam Blancam Mariam Estensem epistola poetica.

- 18) ff. 101<sup>v</sup>-102<sup>r</sup>: Carmina quattuor sine titulo.
- 19) ff. 103<sup>r</sup>-107<sup>v</sup>: Ludovici Carbonis oratio in funere Magistri Iohannis Herculis habita.
- 20) ff. 107<sup>v</sup>-108<sup>r</sup>: Epitaphia tria in eundem Iohannem Herculem.
- 21) ff. 108<sup>r</sup>-110<sup>v</sup>: Caroli regis Siciliae ad Petrum regem Aragonum epistola cum responso (responsum in ff. 109<sup>r</sup>-110<sup>v</sup>).
- 22) ff. 110<sup>v</sup>-111<sup>r</sup>: Litterae Iacobi Zikoli (Veniis die IX mensis Februarii anni 1422 datae).
- 23) ff. 111<sup>v</sup>-115<sup>r</sup>: Ludovici Carbonis carmina varia.<sup>48</sup>
- 24) ff. 115<sup>v</sup>-118<sup>r</sup>: Scipionis minoris affricani Alexandri magni Macedonis et Hannibalis (parva lacuna) bellicis in rebus ducum praestantissimorum contentio de presidentia apud mi-noem apud Inferos iudicem A domino Ioanne Aurispa ex historia dionis ex graeco in Latinum uersa et traducta Incipit.
- 25) ff. 118<sup>r</sup>-119<sup>r</sup>: Vitae Horatii tres (1a: f. 118<sup>r-v</sup>; 2a: f. 118<sup>v</sup>; 3a: ff. 118<sup>v</sup>-119<sup>r</sup>).
- 26) ff. 119<sup>v</sup>-127<sup>r</sup>: Epitaphia et epithalamia vari-

---

<sup>48</sup>Omnia carmina a Carbone scripta videntur.

orum poetarum: Tribrachi, Ioannis Carpensis,  
Francisci de Rampinis, Guarini, Francisci  
Philelphi.<sup>49</sup>

27) ff. 127<sup>v</sup>-136<sup>v</sup>: Baptistae Guarini orationes  
duo et epithalamia duo.<sup>50</sup>

28) ff. i<sup>r</sup>-iii<sup>v</sup>: vacua.

I. Codex Harleianus 2578<sup>51</sup>

Saec. XV exeuntis,<sup>52</sup> chart.,<sup>53</sup> 20.4 x 14.2 cm.,<sup>54</sup> ii +  
301 ff.,<sup>55</sup> ca. 25 ll.,<sup>56</sup> 1 col.<sup>57</sup>

<sup>49</sup>De operibus singulis v. Butrica, p. 171.

<sup>50</sup>De operibus singulis v. Butrica, pp. 171-172.

<sup>51</sup>Cf. litteras a T. S. Pattie, bibliothecario Bibliothecae Britannicae, die XXVI mensis Octobris anni 1978 datas; [Robert Nares,] A Catalogue of the Harleian Manuscripts, in the British Museum, Vol. II ([London]: Printed by Command of His Majesty King George III. in Pursuance of an Address of the House of Commons of Great Britain, 1808), p. 701; Reverendus Pater Matthew E. Creighton, The Text of the Mosella and the Epitaphia of Decimus Magnus Ausonius (Ann Arbor, Michigan: --, 1967), pp. 59-69. Photographis usus sum reductis mutuis sumptis ex Institut de recherches et d'histoire des textes Parisiis.

<sup>52</sup>Creighton, p. 59; [Nares,] p. 701, tantummodo saec. XV praebet.

<sup>53</sup>[Nares,] p. 701; Creighton, p. 59.

<sup>54</sup>Cf. litteras a Pattie, sed Creighton, p. 59, mensuram ab ea quam Pattie praebet longe diversam exhibet: 15.9 x 13.75 cm.

<sup>55</sup>Cf. litteras a Pattie; de duobus autem foliis quae opera antecedunt et de eo quod f. 300 sequitur v. Creighton, p. 60, adn. 61.

<sup>56</sup>Creighton, p. 59.

<sup>57</sup>Creighton, p. 59.

Hic codex, qui nunc in Bibliotheca Britannica (olim Museo Britannico) Londinii adservatur, a duobus librariis aequalibus littera humanistica cursiva<sup>58</sup> exaratus esse videtur: primus ff. 1<sup>r</sup>-126<sup>v</sup>, 139<sup>r</sup>-153<sup>v</sup>, 169<sup>r</sup>-176<sup>v</sup> exaravit, ff. 127<sup>r</sup>-138<sup>v</sup>, 154<sup>r</sup>-168<sup>v</sup>, 177<sup>r</sup>-300<sup>v</sup>.<sup>59</sup> Quaedam litterae initiales linea colorata ornatae sunt. Adsunt folia vacua, ut videtur, variis in locis: unum inter ff. 2<sup>v</sup> et 3<sup>r</sup>, 24<sup>v</sup> et 25<sup>r</sup>, 94<sup>v</sup> et 95<sup>r</sup>, 168<sup>v</sup> et 169<sup>r</sup>, post f. 301; duo inter ff. 300<sup>v</sup> et 301<sup>r</sup>.<sup>60</sup> In f. 49<sup>r</sup> est subscriptus hic colophon: "collatus accuratissime hic codex cum illo vetustissimo: quem Thadeus Ugoletus pannoniae regis bibliothecae praefectus e germania secum attulit. et cum illo quem Johannes [sic] Boccaccius propria manu scripsisse traditur bibliothecae sancti spiritus florentini dicatum et cum plerisque aliis: ubi titulum et operis diuisionem: multa enim carmina reperimus."<sup>61</sup> Ergo librarii duo Florentiae floruisse videntur. Hunc etiam codicem die XVII mensis Iunii anni 1721 Bibliothecae Harlei-

---

<sup>58</sup>Cyril Ernest Wright et Ruth C. Wright, The Diary of Humfrey Wanley, 1715-1726, Vol. I (London: The Bibliographical Society, 1966), p. 114: v. particulam 14 e litteris die XVII mensis Iunii anni 1721 datas.

<sup>59</sup>Cf. litteras a Pattie.

<sup>60</sup>Cf. litteras a Pattie.

<sup>61</sup>Colophonem in toto proferunt Heinrich Schenkl, Calpurnii et Nemesiani Bucolica (Lipsiae: svmpvvs fecit G. Freytag; Praegae: svmpvvs fecit F. Tempsky, 1885), p. xlv, et Cesare Giarratano, Calpurnii et Nemesiani Bucolica (Neapoli: apud Detken et Rocholl, 1910), p. xxiv.



anae vendidit quidam John Gibson, qui quindecim codices manuscriptos ex Italia secum attulerat.<sup>62</sup>

In hoc codice continentur:

- 1) ff. i<sup>r</sup>-ii<sup>v</sup> (saec. XVIII): vacua.
- 2) f. 1<sup>r-v</sup> (f. membr. e codice ms. saec. XIV): vacuum.
- 3) f. 2<sup>r-v</sup>: Index operum quae in hoc codice continentur.
- 4) ff. 3<sup>r</sup>-24<sup>v</sup>: Hesiodi Opera et dies Latine scripta.
- 5) ff. 25<sup>r</sup>-41<sup>v</sup>: Calpurnii Bucolica.
- 6) ff. 42<sup>r</sup>-56<sup>r</sup>: Nemesiani Bucolica.
- 7) f. 56<sup>v</sup>: vacuum.
- 8) ff. 57<sup>r</sup>-94<sup>r</sup>: Petrarcae Bucolicum carmen.
- 9) f. 94<sup>v</sup>: vacuum.
- 10) ff. 95<sup>r</sup>-126<sup>v</sup>: Theocriti Eclogae septem priores Latine scriptae.
- 11) ff. 127<sup>r</sup>-153<sup>v</sup>: Virgilii Bucolica.
- 12) ff. 154<sup>r</sup>-168<sup>v</sup>: Carmina Priapea.
- 13) ff. 169<sup>r</sup>-260<sup>v</sup> (f. 177<sup>r</sup> vacuum): Ausonii operum, quae extant, fragmenta (de quibus v.

---

<sup>62</sup>Cf. litteras a Pattie; Wright et Wright, p. 114. De codicibus a Gibson in annis 1719-1721 acquisitis cf. Cyril Ernest Wright, Fontes Harleiani: A Study of the Sources of the Harleian Collection in the Department of Manuscripts in the British Museum (London: The Trustees of the British Museum, 1972), pp. 162-164.

Creighton, pp. 61-69, ubi haec opera singillatim perscripta sunt).

14) ff. 261<sup>r</sup>-278<sup>r</sup>: Probae Falconiae Centones.

15) ff. 278<sup>v</sup>-300<sup>r</sup>: Gregorii Tiferni Epigrammatum et epistolarum liber.

16) f. 301<sup>r-v</sup> (f. membr. e codice ms. saec. XIV): vacuum.

J. Codex Laurentianus Pluteus 33. 22<sup>63</sup>

Saec. XV, membr. (chart.: ff. i<sup>r</sup>-ii<sup>v</sup> et i<sup>r</sup>-iii<sup>v</sup>),<sup>64</sup>  
14.5 x 22.8 cm., iv + 64 + iii ff.,<sup>65</sup> 18 ll.,<sup>66</sup> 1 col.<sup>67</sup>

Hic codex, qui nunc in Bibliotheca Medicea Laurentiana Florentiae adservatur, ab uno librario exaratus est.<sup>68</sup> Tituli maiores aliis litteris coloreque rubro ornati sunt; itemque litterae initiales coloribus aureo, caeruleo, viridi rubro-

<sup>63</sup>Cf. litteras ab Antonietta Morandini, Directrice Bibliothecae Mediceae Laurentianae, die XX mensis Octobris anni 1978 datas; Angelo Maria Bandini, Catalogvs codicvm latinorvm Bibliothecae mediceae lavrentianae svb avspiciis Petri Leopoldi Reg. princ. Hvng. et Boioh. arch. Avstr. M. E. D., Vol. II (Florentiae: praesidibvs adnventibvs, 1775), coll. 106-112. Mihi praesto erant photographa reducta e Bibliotheca Medicea Laurentiana.

<sup>64</sup>Cf. litteras a Morandini.

<sup>65</sup>Numerum foliorum e litteris a Morandini excersi, sed Bandini, col. 112, dicit hunc codicem solum foliis 61 constare.

<sup>66</sup>Cf. litteras a Morandini.

<sup>67</sup>Cf. litteras a Morandini.

<sup>68</sup>Cf. litteras a Morandini.

que eleganter ornatae sunt. In f. 61<sup>r</sup> est subscriptum:  
 "Finit feliciter."<sup>69</sup>

In hoc codice continentur:<sup>70</sup>

- 1) ff. i<sup>r</sup>-iv<sup>v</sup>: vacua.<sup>71</sup>
- 2) ff. 1<sup>r</sup>-33<sup>v</sup>: Antonii Panormitae Hermaphroditi libri duo. (In f. 17<sup>v</sup> inter librum primum et alterum inseritur epistola quaedam Poggii ad Antonium Panormitam.)
- 3) ff. 34<sup>r</sup>-39<sup>v</sup>: Antonii Panormitae responsio ad superiorem Poggii epistolam.
- 4) f. 40<sup>r</sup>: Pollucis (legitur Pulex in codice) de ortu atque obitu Hermaphroditi.
- 5) ff. 40<sup>v</sup>-43<sup>v</sup>: Antonii Panormitae elegia ad Petrum Lunensem.
- 6) ff. 44<sup>r</sup>-59<sup>r</sup>: Carmina Priapea.
- 7) ff. 59<sup>v</sup>-61<sup>r</sup>: Carmen Priapeum "Quid hoc novi est?"
- 8) ff. 61<sup>v</sup>-64<sup>v</sup>: vacua.<sup>72</sup>
- 9) ff. i<sup>r</sup>-iii<sup>v</sup>: vacua.<sup>73</sup>

---

<sup>69</sup>Cf. litteras a Morandini.

<sup>70</sup>Indicem operum quae in hoc codice continentur e catalogo Bandiniano supra citato excerpsi.

<sup>71</sup>Cf. litteras a Morandini.

<sup>72</sup>Cf. litteras a Morandini.

<sup>73</sup>Cf. litteras a Morandini.

K. Codex Laurentianus 33. 31<sup>74</sup>

Saec. XIV ineuntis,<sup>75</sup> membr., 20 x 28.5 cm.,<sup>76</sup> iv + 73 + iv ff.,<sup>77</sup> 30 ll.,<sup>78</sup> post medium circa 2 coll.<sup>79</sup>

Hic codex, qui nunc in Bibliotheca Medicea Laurentiana Florentiae adservatur, palimpsestus<sup>80</sup> ab Ioanne Boccaccio exaratus est.<sup>81</sup> Tituli maiores aliis litteris sunt. In summo margine f. 1<sup>r</sup> legitur: "Antonii Petrei, & amicorum," qui

<sup>74</sup>Cf. litteras a Morandini; Bandini, Vol. II, coll. 124-128. Mihi praesto erant photographa reducta e Bibliotheca Medicea Laurentiana.

<sup>75</sup>Bandini, col. 128.

<sup>76</sup>Cf. litteras a Morandini.

<sup>77</sup>Numerum foliorum e litteris a Morandini excerpsi, sed Bandini, col. 128, hunc codicem solum foliis 73 constare dicit.

<sup>78</sup>Cf. litteras a Morandini, quae solum textus Virgilianos aut Pseudo-Virgilianos lineis 30 in una columna excavatos esse dicit.

<sup>79</sup>Bandini, col. 128.

<sup>80</sup>Cf. litteras a Morandini; Bandini, col. 128. Quo lectores melius sciant, quomodo hic codex palimpsestus sit, v. tabulam XLIX (f. 45<sup>v</sup>) et pp. 19-20 in Guido Biagi, Riproduzioni di manoscritti miniati; cinquanta tavole in fotocopia da codici della R. Biblioteca medicea-laurenziana (Firenze: Libreria Antiquaria T. De Marinis, 1914). Versionem Anglicam eiusdem opusculi Biagiani, Reproductions from Illuminated Manuscripts; Fifty Plates from Mss. in the R. Medicean Laurentian Library (Firenze: Libreria antiquaria T. Marinis & Co., 1914) non inspexi.

<sup>81</sup>Cf. litteras a Morandini; Remigio Sabbadini, Le scoperte dei codici latini e greci ne' secoli XIV e XV. Edizione anastatica con nuove aggiunte e correzioni dell'autore, Vol. I (Firenze: G. C. Sansoni Editore, [1967]), pp. 31-33, 201; (de Carminibus Priapeis) Sabbadini, Le scoperte dei co-

indiculum operum codici praefixum scripsit.<sup>82</sup> Antonius quidem Petrei (1498-1570), sacerdos et canonicus ecclesiae Sancti Laurentii Florentiae hunc codicem olim possedit.<sup>83</sup>

In hoc codice continentur:<sup>84</sup>

- 1) ff. i<sup>r</sup>-iv<sup>v</sup>: vacua.
- 2) ff. 1<sup>r</sup>-2<sup>v</sup>: Fulgentii expositio antiquorum sermonum ad Graticium Chalcidum.
- 3) f. 3<sup>r</sup>: Excerpta quaedam e Sancti Gregorii Moralibus et e Seneca.
- 4) f. 3<sup>v</sup>: Epitaphium metricum Marchionis cuiusdam; distichon ad puerum ut discat; excerpta ex Augustino, Hieronymo et e Senecae libro De tranquillitate vitae; distichon in oscula; di-

---

dici latini e greci ne' seculi XIV e XV. Nuove ricerche col riassunto filologico dei due volumi (Firenze: G. C. Sansoni, Editore, 1914), p. 244. De hoc codice eiusque librario cf. etiam Oskar Hecker, Boccaccio-Funde; Stücke aus der bislang verschollenen Bibliothek des Dichters darunter von seiner Hand geschriebenes Fremdes und Eigenes (Braunschweig: Georg Westermann, 1901), p. 3, adn. 1, et Vinzenz Buchheit, Studien zum Corpus Priapeorum (München: C. H. Beck'sche Verlagsbuchhandlung, 1962), pp. 14-15. Dorothy M. Robathan, "Boccaccio's Accuracy as a Scribe," Speculum, XIII (1938), p. 458, dicit Boccaccium Persii Satyram sextam in hoc codice ex eadem Persii Satyra exaravisse quae in Laurentiano Pluteo 37. 19 inveniatur; p. 460 addit quod Boccaccius lectiones in exemplari suo diligenter exaraverat, sed orthographiam exemplaris sui saepe non exscripserat.

<sup>82</sup>Cf. litteras a Morandini; Bandini, col. 128.

<sup>83</sup>Cf. litteras a Morandini.

<sup>84</sup>Indicem operum quae in hoc codice continentur e catalogo Bandiniano supra citato excerpsi. De foliis vacuis cf. litteras a Morandini.

stichon leoninum ad Regem regum; tetrastichon de tribus missis, quae in Natali Domini celebrantur; tetrastichon in D. Miniatem martyrem.

- 5) ff. 4<sup>r</sup>-16<sup>v</sup>: Persii Satyra sexta cum vita.
- 6) ff. 17<sup>r</sup>-24<sup>r</sup>: Virgilii Culex cum vita.
- 7) ff. 24<sup>v</sup>-27<sup>r</sup>: Virgilii Dirae.
- 8) f. 27<sup>v</sup>: Versus Virgiliani.
- 9) ff. 27<sup>v</sup>-34<sup>v</sup>: Collectio e variis poetis descriptionum diversarum rerum.
- 10) f. 35<sup>r</sup>: Versus sex Sibyllini; versus Vitalis Maximi de littera Y.
- 11) f. 35<sup>v</sup>: Versus Vitalis Maximi de libidine et vino; Martialis Epigrammata I. 58, V. 57.
- 12) f. 36<sup>r</sup>: A. M. SAM. p. (=auctoris) versus erotici; N. S. C. N. P. I. (=auctoris) responsio ad hos versus eroticos; carmen octastichon de Achilla qui hominis calvitium lapide percussit; Martialis Epigramma I. 76; Virgilii epitaphium in Balistam.
- 13) f. 36<sup>v</sup>: Hesiodi de aetatibus animantium Latine; epitaphia hexasticha Ciceronis a duodecim sapientibus edita.
- 14) ff. 36<sup>v</sup>-37<sup>r</sup>: Epitaphium Achillis.
- 15) f. 38<sup>r</sup>: Pomp. Maximi epitaphium Hectoris; Hilasii versus de duodecim Herculis labori-

bus.

- 16) f. 38<sup>v</sup>: Versus Sibyllini de Iudicii die.
- 17) ff. 39<sup>r</sup>-45<sup>v</sup>: Carmina Priapea.
- 18) f. 46<sup>r</sup>: Interpretatio novem Musarum versibus et prosa mixta; epitaphium viri barbari distichon leoninum; versus leonini de mirandis virtutibus duodecim agnorum; distichon de odio peccati; oratio prosaica de quattuor principalibus virtutibus; versus leonini viginti et quattuor de militia et iure; versus de quinque deabus Iunone, Tisiphone, Pallade, Bellona et Venere; versus de tribus pastoribus et amatricibus eorum; Lovattii de Padua versus sex; versus quattuor de vocabulo paries.
- 19) ff. 46<sup>v</sup>-49<sup>r</sup>: Ovidii Ibis.
- 20) ff. 49<sup>v</sup>-59<sup>r</sup>: Ovidii Amorum libri tres.
- 21) ff. 59<sup>v</sup>-66<sup>v</sup>: Bernardi Silvestris Megacosmus et Microcosmus.
- 22) ff. 67<sup>r</sup>-69<sup>r</sup>: Comoedia Getae et Birriae.
- 23) ff. 69<sup>v</sup>-71<sup>r</sup>: Comoedia Aldae.
- 24) ff. 71<sup>v</sup>-73<sup>v</sup>: Comoedia Lydiae.
- 25) ff. i<sup>r</sup>-iv<sup>v</sup>: vacua.

L. Codex Laurentianus Pluteus 39. 34<sup>85</sup>

---

<sup>85</sup>Cf. litteras a Morandini; Bandini, Vol. II, col. 315.

Saec. XV, chart., 13 x 19.6 cm.,<sup>86</sup> iv + 15 + iv ff.,<sup>87</sup>  
26 ll.,<sup>88</sup> 1 col.<sup>89</sup>

Hic codex, qui nunc in Bibliotheca Medicea Laurentiana Florentiae adservatur, ab uno librario exaratus est.<sup>90</sup> Tituli maiores aliis litteris et colore rubro ornati sunt. In f. 13<sup>r</sup> legitur: τελος ἀμὴν θεῷ χάρις / τέλος καλῶς ἐχῆ.<sup>91</sup>

In hoc codice continentur:<sup>92</sup>

- 1) ff. i<sup>r</sup>-iv<sup>v</sup>: vacua.
- 2) ff. 1<sup>r</sup>-13<sup>r</sup>: Carmina Priapea.
- 3) ff. 13<sup>v</sup>-15<sup>v</sup>: vacua.
- 4) ff. i<sup>r</sup>-iv<sup>v</sup>: vacua.

M. Codex Laurentianus Pluteus 91. sup. 19 (olim Gaddianus 91. 19)<sup>93</sup>

Mihi praesto erant photographa reducta e Bibliotheca Medicea Laurentiana.

<sup>86</sup>Cf. litteras a Morandini.

<sup>87</sup>Numerum foliorum e litteris a Morandini excerpsi, sed Bandini, col. 315, hunc codicem foliis 13 constare dicit.

<sup>88</sup>Cf. litteras a Morandini.

<sup>89</sup>Cf. litteras a Morandini.

<sup>90</sup>Cf. litteras a Morandini.

<sup>91</sup>Cf. litteras a Morandini.

<sup>92</sup>De foliis vacuis cf. litteras a Morandini.

<sup>93</sup>Cf. litteras a Morandini; Bandini, Vol. III (1776), coll. 752-756. Mihi praesto erant photographa reducta e Bibliotheca Medicea Laurentiana.



Saec. XV, chart., 19.4 x 27 cm.,<sup>94</sup> ii + 240 + i ff.,<sup>95</sup>  
31 ll.,<sup>96</sup> 1 col.<sup>97</sup>

Hic codex, qui nunc in Bibliotheca Medicea Laurentiana Florentiae adservatur, ab uno librario exaratus est.<sup>98</sup> Cum multae notae tum variae aliquot in margine lectiones adsunt; in f. 1<sup>r</sup> legitur: Bernardi de Puccinis num. XIV.<sup>99</sup> Hic codex e Bibliotheca Gaddiana Florentiae in anno 1755 Bibliothecae Mediceae Laurentianae accedit,<sup>100</sup> quare olim Gaddianus vocatus erat.

In hoc codice continentur:<sup>101</sup>

- 1) ff. i<sup>r</sup>-ii<sup>v</sup>: vacua.
- 2) f. 1<sup>r</sup>: Virgilii epitaphium in Balistam; carmina Latina anepigrapha; Virgilii Copa.
- 3) f. 1<sup>v</sup>: De est et non, quod carmen fertur Virgilii.

<sup>94</sup>Cf. litteras a Morandini.

<sup>95</sup>Numerum foliorum e litteris a Morandini excerptis, sed Bandini, col. 756, hunc codicem foliis 240 constare dicit.

<sup>96</sup>Cf. litteras a Morandini.

<sup>97</sup>Cf. litteras a Morandini.

<sup>98</sup>Cf. litteras a Morandini.

<sup>99</sup>Bandini, col. 756.

<sup>100</sup>Cf. litteras a Morandini.

<sup>101</sup>Indicem operum quae in hoc codice continentur ex catalogo Bandiniano supra citato excerptis. De foliis vacuis cf. litteras a Morandini.

- 4) f. 2<sup>r</sup>: De institutione viri boni, quod carmen fertur Virgilii.
- 5) ff. 2<sup>v</sup>-3<sup>r</sup>: Carmen elegiacum sine titulo.
- 6) f. 3<sup>v</sup>: Carmen Priapeum quod fertur Virgilii.
- 7) ff. 4<sup>r</sup>-5<sup>v</sup>: Virgilii Moretum.
- 8) ff. 6<sup>r</sup>-12<sup>r</sup>: Virgilii Culex.
- 9) f. 12<sup>v</sup>: Tetrastichon Latinum.
- 10) ff. 12<sup>v</sup>-15<sup>r</sup>: Virgilii Dirae.
- 11) f. 15<sup>v</sup>: Tetrastichon in Heliam.
- 12) ff. 15<sup>v</sup>-24<sup>r</sup>: Carmina Priapea.
- 13) f. 24<sup>v</sup>: Versus Sibyllini viginti et sex; alii versus Sibyllini sex.
- 14) f. 25<sup>r</sup>: Vitalis Maximi dodecastichon de littera Y; anonymi versus decem de aetatibus animantium; anonymi versus sex de operibus Virgilii.
- 15) ff. 25<sup>v</sup>-26<sup>r</sup>: Ovidii versus decem in honorem Virgilii; Hilasii versus duodecim de laboribus Herculis duodecim; scholasticorum poetarum duodecim argumenta pentasticha in totidem libros Virgilii Aeneidos.
- 16) ff. 26<sup>v</sup>-27<sup>r</sup>: Carmen de Troiae eversione, quod incipit cum verbis "Pergama flere volo ...."
- 17) f. 27<sup>v</sup>: Idyllium in Musas.
- 18) f. 28<sup>r-v</sup>: Carmen octastichon anepigraphum; aliud carmen octastichon anepigraphum; de-

scriptio quattuor tempestatum anni versibus hexametris.

- 19) f. 29<sup>r</sup>: Propertii distichon de Virgilio; narratio prosaica de Virgilio; epitaphia disticha duodecim de Virgilio.
- 20) ff. 29<sup>v</sup>-30<sup>v</sup>: Epitaphia tetrasticha de Virgilio.
- 21) ff. 31<sup>r</sup>-43<sup>v</sup>: Virgilii Bucolica.
- 22) ff. 44<sup>r</sup>-80<sup>v</sup>: Virgilii Georgica.
- 23) ff. 81<sup>r</sup>-239<sup>r</sup>: Virgilii Aeneis.
- 24) f. 239<sup>v</sup>: Supplicatio Cornelii Galli ad Augustum Caesarem, ne Aeneis combureretur, versibus elegis decem scripta; alia supplicatio versibus sex elegis scripta.
- 25) ff. 239<sup>v</sup>-240<sup>v</sup>: Carmina Caesaris Augusti, ne Aeneis combureretur, versibus quadraginta et duo scripta.
- 26) f. i<sup>r-v</sup>: vacuum.

N. Codex Londinensis Britannici Musei Addit. 11355<sup>102</sup>

Saec. XV, membr., 16.6 x 10.5 cm.,<sup>103</sup> ii + 346 + ii

---

<sup>102</sup>Cf. List of Additions to the Manuscripts in the British Museum in the Years MDCCCXXXVI-MDCCCXL (London: Printed by Order of the Trustees, 1843), p. 6; litteras a T. S. Pattie, bibliothecario Bibliothecae Britannicae, die XXIII mensis Octobris anni 1978 datas. Photographis usus sum reductis e Bibliotheca Britannica.

<sup>103</sup>Cf. litteras a Pattie.

ff.<sup>104</sup>

Hic codex, qui nunc in Bibliotheca Britannica (olim Museo Britannico) Londinii adservatur, ab uno librario esse exaratus videtur. Tituli litteris maiusculis rubris, caeruleis, et viridibus constant; aliquot litterae initiales colore rubro ornatae sunt.<sup>105</sup> Litterae initiales in ff. 1<sup>r</sup>, 23<sup>r</sup>, et 79<sup>r</sup> sigillatae sunt; itemque in f. 329<sup>r</sup> in inferiore margine adsunt sigilla.<sup>106</sup> Notae marginales rubricatae adsunt.<sup>107</sup> Hunc codicem, qui bibliothecae episcopi cuiusdam Gallici e familia Estampes-Valançay inerat, Reverendus C. M. Cracherode Museo Britannico in anno 1799 legavit.<sup>108</sup>

In hoc codice continentur:<sup>109</sup>

- 1) ff. i<sup>r</sup>-ii<sup>v</sup>: vacua.
- 2) ff. 1<sup>r</sup>-22<sup>v</sup>: Virgilii Bucolica.
- 3) ff. 23<sup>r</sup>-78<sup>v</sup>: Virgilii Georgica.
- 4) ff. 79<sup>r</sup>-328<sup>v</sup>: Virgilii Aeneis.
- 5) ff. 329<sup>r</sup>-346<sup>v</sup>: Carmina Priapea.

---

<sup>104</sup>Cf. litteras a Pattie.

<sup>105</sup>Cf. litteras a Pattie.

<sup>106</sup>Cf. litteras a Pattie.

<sup>107</sup>Cf. litteras a Pattie.

<sup>108</sup>Cf. List of Additions, p. 6, et litteras a Pattie.

<sup>109</sup>Quattuor opera quae in indice operum indicavi e litteris a Pattie excerpsi; in List of Additions, p. 6, solum "Publii Virgilii Maronis Opera" indicata sunt.

6) ff. i<sup>r</sup>-ii<sup>v</sup>: vacua.

0. Codex Parisinus Latinus 8205<sup>110</sup>

Saec. XV exeuntis et XVI ineuntis,<sup>111</sup> membr. et chart.,<sup>112</sup> 18.5 x 13.5 cm.,<sup>113</sup> 55 ff.,<sup>114</sup> 24 ll. et 26 ll.<sup>115</sup>

Hic codex, qui nunc in Bibliotheca Nationali Parisiis adservatur, duobus codicibus manuscriptis constat: membranaceo (ff. 1<sup>r</sup>-27<sup>v</sup>) et chartaceo (ff. 28<sup>r</sup>-55<sup>v</sup>).<sup>116</sup> Quamquam in f. 23<sup>v</sup> legitur "Jacobus Raguier," librarius Virgilii Bucolicorum,<sup>117</sup> nescio an alii librarii adsint necnon. Alter codex littera Italica cursiva exaratus est.<sup>118</sup> Litterae quoque initiales coloribus aureo et rubro ornatae sunt.<sup>119</sup> Hic codex olim Colbertinus vocatus est, quia Bibliothecae Col-

---

<sup>110</sup>Cf. [Anicet Melot,] Catalogus codicum manuseriptorum Bibliothecae Regiae, Pars 3, Vol. IV (Parisiis: e Typographia regia, 1744), p. 437, et litteras a Jacqueline Sclafer, Conservatrice Bibliothecae Nationalis Parisiis, die XX mensis Novembris anni 1978 datas. Photographis usus sum reductis e Bibliotheca Nationali.

<sup>111</sup>Cf. litteras a Sclafer.

<sup>112</sup>Cf. [Melot,] p. 437, et litteras a Sclafer.

<sup>113</sup>Cf. litteras a Sclafer.

<sup>114</sup>Cf. litteras a Sclafer.


<sup>115</sup>Cf. litteras a Sclafer.

<sup>116</sup>Cf. litteras a Sclafer.

<sup>117</sup>Cf. litteras a Sclafer.

<sup>118</sup>Cf. litteras a Sclafer.

<sup>119</sup>Cf. litteras a Sclafer.



bertinae inerat.<sup>120</sup>

In hoc codice continentur:<sup>121</sup>

- 1) ff. 1<sup>r</sup>-23<sup>v</sup>: Virgilii Bucolica.
- 2) ff. 24<sup>r</sup>-27<sup>v</sup>: vacua.
- 3) ff. 28<sup>r</sup>-37<sup>v</sup>: Carmina Priapea.
- 4) ff. 38<sup>r</sup>-45<sup>v</sup>: Virgilii Culex.
- 5) ff. 46<sup>r</sup>-49<sup>v</sup>: Virgilii Dirae.
- 6) ff. 50<sup>r</sup>-51<sup>r</sup>: De rosis nascentibus, quod carmen fertur Virgilii.
- 7) ff. 51<sup>r</sup>-52<sup>r</sup>:<sup>122</sup> Carmen Priapeum "Quid hoc novi est?"
- 8) ff. 52<sup>v</sup>-55<sup>v</sup>: vacua.

P. Codex Parisinus Latinus 8206<sup>123</sup>

Saec. XV exeuntis,<sup>124</sup> chart., 70 ff.<sup>125</sup>

Hic codex, qui nunc in Bibliotheca Nationali Parisiis

<sup>120</sup>Cf. [Melot,] p. 437, et litteras a Schlafer.

<sup>121</sup>Cf. litteras a Schlafer; in [Melot,] p. 437, autem solum Virgilii Bucolica et carmina eiusdem suppositicia indicata sunt.

<sup>122</sup>In litteris a Schlafer ff. 42<sup>r</sup>-55<sup>v</sup> vacare dicuntur, quamquam secundum easdem litteras Carmen Priapeum "Quid hoc novi est?" in ff. 51<sup>r</sup>-52<sup>r</sup> continetur.

<sup>123</sup>Cf. [Melot,] Pars 3, Vol. IV, p. 437, et litteras a Schlafer. Mihi praesto erant photographa reducta e Bibliotheca Nationali.

<sup>124</sup>Cf. litteras a Schlafer.

<sup>125</sup>Cf. litteras a Schlafer.

adservatur, littera humanistica cursiva diversorum generum ab uno librario exaratus est.<sup>126</sup> Tituli colore rubro ornati sunt, itemque aliquot litterae initiales colore rubro ornatae sunt.<sup>127</sup> In ff. 1<sup>r</sup>-3<sup>v</sup>, 8<sup>r</sup>-22<sup>v</sup> et 46<sup>r</sup>-51<sup>v</sup> adsunt multae notae marginales et interlineares.<sup>128</sup> Hic codex Bibliothecae Baluzianae inerat, quare olim Baluzianus vocatus erat.

In hoc codice continentur:<sup>129</sup>

- 1) ff. 1<sup>r</sup>-3<sup>r</sup>: Virgilii Moretum.
- 2) ff. 3<sup>v</sup>-4<sup>v</sup>: Excerpta e Plauto, Valerio Maximo et Ecclesiaste.
- 3) f. 5<sup>r-v</sup>: vacuum.
- 4) ff. 6<sup>r</sup>-7<sup>v</sup>:<sup>130</sup> Praefatio Ludovici Mariscoti Senensis in Carmina Priapea.
- 5) ff. 8<sup>r</sup>-22<sup>r</sup>:<sup>131</sup> Carmina Priapea.
- 6) ff. 22<sup>r</sup>-23<sup>r</sup>: Virgilii Copa.

---

<sup>126</sup>Cf. litteras a Sclafer.

<sup>127</sup>Cf. litteras a Sclafer.

<sup>128</sup>Cf. litteras a Sclafer.

<sup>129</sup>Cf. [Melot,] p. 437, et litteras a Sclafer, ubi opera singula et folia vacua indicata sunt.

<sup>130</sup>Quamquam haec praefatio Joannis Mariscoti Senensis secundum litteras a Sclafer in ff. 6<sup>r</sup>-7<sup>v</sup> continetur, f. 7<sup>r-v</sup> secundum easdem litteras vacat.

<sup>131</sup>Quamquam Carmina Priapea secundum litteras a Sclafer in ff. 8<sup>r</sup>-22<sup>r</sup> continentur, f. 16<sup>r-v</sup> secundum easdem litteras vacat.

- 7) ff. 23<sup>r</sup>-24<sup>r</sup>: <sup>132</sup> Carmen de morte Mugonis fratris Hannibalis e Silio Italico excerptum.
- 8) ff. 24<sup>r</sup>-46<sup>r</sup>: Antonii Panormitae Hermaphroditi libri duo.
- 9) ff. 46<sup>r</sup>-51<sup>r</sup>: Ovidii Heroidum epistula decima et sexta.
- 10) ff. 51<sup>v</sup>-52<sup>r</sup>: Antonii Panormitae De laudibus Elisiae.
- 11) ff. 52<sup>r</sup>-59<sup>r</sup>: Carmina et epitaphia diversa.
- 12) ff. 59<sup>r</sup>-61<sup>r</sup>: Additur: "Hoc sequitur post finem Priapee: P. Maronis Virgilii poetae maximi Priapea feliciter explicit. Laus tibi. Priapus adloquitur Romanos: Quaeritis obsceni ... - ... urbe Priapus. Angelus Chini f. Senensis."
- 13) f. 61<sup>v</sup>: vacuum.
- 14) ff. 62<sup>r</sup>- 63<sup>r</sup>: Epistola cuiusdam ad Iulium Caesarem Bargelinum.
- 15) f. 63<sup>v</sup>: vacuum, ut videtur.
- 16) ff. 64<sup>r</sup>-70<sup>r</sup>: Anonymi dialogus de adagio "Cho-

---

<sup>132</sup>Cf. litteras a Sclafer, quae quendam Lefebvre de Villebruni in anno 1777 in f. 23<sup>bis r-v</sup> idem carmen transcripsisse dicit, itemque de auctore cf. f. 23<sup>bis v</sup>, ubi legitur: "Hi versus minime sunt Silii Italici sed Francisci Petrarchae, extremo libro VI Africae sive Scipiadis." F. 23<sup>ter r-v</sup> etiam secundum litteras a Sclafer adest, sed nescio quo modo vocabula "bis" et "ter" hic interpretanda sint.



raeus iambizeii."

17) f. 70<sup>v</sup>: vacuum.

Q. Codex Parisinus Latinus 8232<sup>133</sup>

Saec. XV exeuntis,<sup>134</sup> chart.,<sup>135</sup> 20.9 x 13.4 cm. et  
21 x 14.5 cm. et 20 x 14.5 cm.,<sup>136</sup> 130 ff.,<sup>137</sup> ca. 26 ll. et  
23 usque ad 26 ll.<sup>138</sup>

Hic codex, qui nunc in Bibliotheca Nationali Parisiis  
adservatur, tribus codicibus manuscriptis constat: primus  
ff. 1<sup>r</sup>-73<sup>v</sup> constat, secundus ff. 74<sup>v</sup>-90<sup>v</sup>, tertius ff. 91<sup>r</sup>-  
130<sup>v</sup>.<sup>139</sup> Primus codex littera humanistica Italica exaratus  
est.<sup>140</sup> Tertius autem codex qui Arati Phaenomena Graece  
scripta continet ab Joanne Rhoso Cretensi in anno 1488 exa-  
ratus est.<sup>141</sup> In primo codice tituli usque ad f. 46<sup>v</sup> rubri-  
cati sunt; in tertio quoque litterae initiales coloratae

<sup>133</sup>Cf. [Melot,] pp. 439-440, et litteras a Sclafer.  
Mihi praesto erant photographa reducta e Bibliotheca Natio-  
nali.

<sup>134</sup>Cf. litteras a Sclafer.

<sup>135</sup>Cf. litteras a Sclafer; [Melot,] p. 439, autem hunc  
codicem esse membranaceum dicit.

<sup>136</sup>Cf. litteras a Sclafer.

<sup>137</sup>Cf. litteras a Sclafer.

<sup>138</sup>Cf. litteras a Sclafer, quae numerum linearum ad pa-  
ginam in tertio codice omittit.

<sup>139</sup>Cf. litteras a Sclafer.

<sup>140</sup>Cf. litteras a Sclafer.

<sup>141</sup>Cf. [Melot,] p. 440, et litteras a Sclafer.

sunt.<sup>142</sup> Hic codex olim Puteanus vocatus erat.<sup>143</sup>

In hoc codice continentur:<sup>144</sup>

- 1) ff. 1<sup>r</sup>-46<sup>v</sup>:<sup>145</sup> Catulli Carmina.
- 2) 47<sup>r-v</sup>: vacuum.
- 3) ff. 48<sup>r</sup>-57<sup>v</sup>, 72<sup>r-v</sup>, 58<sup>r-v</sup>: Carmina Priapea.
- 4) ff. 59<sup>r</sup>-71<sup>v</sup>, 73<sup>r</sup>: Maximiani Etrusci Elegiae.
- 5) f. 73<sup>v</sup>: vacuum.
- 6) ff. 74<sup>r</sup>-90<sup>v</sup>: Probae Falconiae Centones.
- 7) ff. 91<sup>r</sup>-130<sup>v</sup>: Arati Phaenomena Graece scripta.

R. Codex Parisinus Latinus 8236<sup>146</sup>

Saec. XV-XVI,<sup>147</sup> chart., 18.6 x 11.4 cm.,<sup>148</sup> iv + 220

<sup>142</sup>Cf. litteras a Sclafer.

<sup>143</sup>[Melot,] p. 439.

<sup>144</sup>Cf. [Melot,] p. 440, et litteras a Sclafer.

<sup>145</sup>Quamquam Catulli Carmina secundum litteras a Sclafer in ff. 1<sup>r</sup>-46<sup>v</sup> continentur, ff. 46<sup>r</sup>-47<sup>v</sup> secundum easdem litteras vacant.

<sup>146</sup>Cf. [Melot,] p. 440; James L. Butrica, The Manuscript Tradition of Propertius (Diss. Toronto, 1978), p. 107; litteras a Sclafer. De hoc codice cf. Antonio La Penna, "Studi sulla tradizione di Propertio (Continuazione e Fine). VI. I codici della Nazionale di Parigi. 3. - Par. Lat. 8236," Studi Italiani di Filologia Classica, XXVI (1952), pp. 25-26; Butrica, p. 107, dicit textum Propertii Elegiarum in hoc codice fortasse ab editione principe Propertii Elegiarum (Venetiis, 1472) derivare. Photographis usus sum reductis e Bibliotheca Nationali.

<sup>147</sup>Cf. Butrica, p. 107, et litteras a Sclafer.

<sup>148</sup>Cf. Butrica, p. 107, et litteras a Sclafer.

+ iv ff.,<sup>149</sup> 21-22 ll.<sup>150</sup>

Hic codex, qui nunc in Bibliotheca Nationali Parisiis adservatur, littera humanistica cursiva exaratus est.<sup>151</sup> Tituli litteris maiusculis scripti et litterae initiales colore aureo ornatae sunt.<sup>152</sup> Hic codex primum bibliothecae Antonii Faure (mortuus est in anno 1689) inerat, unde Faurianus vocatus erat, deinde in anno 1701 Bibliothecae Regiae, nunc Bibliothecae Nationali, accedit.<sup>153</sup>

In hoc codice continentur:<sup>154</sup>

- 1) ff. i<sup>r</sup>-iv<sup>v</sup>: vacua.
- 2) ff. 1<sup>r</sup>-98<sup>v</sup>: Propertii Elegiarum libri quatuor.
- 3) ff. 98<sup>v</sup>0145<sup>r</sup>: Tibulli Elegiarum libri quatuor.
- 4) ff. 145<sup>v</sup>-146<sup>v</sup>: vacua.
- 5) ff. 147<sup>r</sup>-203<sup>v</sup>: Catulli Carmina.
- 6) ff. 204<sup>r</sup>-219<sup>r</sup>: Carmina Priapea.
- 7) ff. 219<sup>r</sup>-220<sup>r</sup>: Carmen Priapeum "Quid hoc novi

---

<sup>149</sup>Cf. Butrica, p. 107, et litteras a Sclafer.

<sup>150</sup>Cf. Butrica, p. 107, et litteras a Sclafer.

<sup>151</sup>Cf. Butrica, p. 107, et litteras a Sclafer.

<sup>152</sup>Cf. Butrica, p. 107, et litteras a Sclafer.

<sup>153</sup>Butrica, p. 107. In [Melot,] p. 440, "olim Faurianus" designatus est.

<sup>154</sup>Cf. Butrica, p. 107, et litteras a Sclafer.

est?"

8) f. 220<sup>V</sup>: vacuum.<sup>155</sup>

9) ff. i<sup>r</sup>-iv<sup>v</sup>: vacua.

S. Codex Perusinus 740<sup>156</sup>

Saec. XV (1455), chart., 21.3 x 15.6 cm.,<sup>157</sup> 58 ff.,  
22 ll.,<sup>158</sup> 1 col.<sup>159</sup>

Hic codex, qui nunc in Bibliotheca Communi Augusta Perusiae adservatur, ab Johanne Mundino in anno 1455 exaratus est; in f. 58<sup>V</sup> legitur: "Opto tibi mentem in futurum / secundum perges: nostro deerit non / lingua palato. Defen- / dam me, me versibus ipse meis / Johannes / Mun- / di / nus / III / Maias / finit per me G. F. de Feraldis de Imola hora 13<sup>^</sup> / de mense iulii die dominica 1455 / Primo sie cento .16. / Secundo."<sup>160</sup> Georgius quoque Geraldus de Imola prae-

---

<sup>155</sup>Butrica, p. 107, nomina "Diana Tiphis," litteris maiusculis aureis scripta, in medio f. 220<sup>V</sup> apparere notat.

<sup>156</sup>Cf. Giuseppe Mazzatinti, Inventari dei manoscritti delle biblioteche d'Italia, Vol. V (Forlì: Casa editrice Luigi Bordini, 1895), pp. 191-192; litteras a Mario Roncetti, Directore Bibliothecae Communalis Augustae, die XII mensis Martii anni 1979 datas; Paul Oskar Kristeller, Iter Italicum; a Finding List of Uncatalogued or Incompletely Catalogued Humanistic Manuscripts of the Renaissance in Italian and Other Libraries, Vol. II (London: The Warburg Institute; Leiden: E. J. Brill, 1967), p. 61. Mihi praesto erant photographa reducta e Bibliotheca Communi Augusta.

<sup>157</sup>Cf. Mazzatinti, p. 192, et litteras a Roncetti.

<sup>158</sup>Cf. litteras a Roncetti.

<sup>159</sup>Cf. litteras a Roncetti.

<sup>160</sup>Cf. litteras a Roncetti. V. etiam Kristeller, p. 61.

sertim Carmina Priapea exaranda curavit; v. f. 55<sup>r</sup>: "quem ego Georgius Geraldus die 14 a mensis junii pro usu et comoditate mei finem imposui 1455 die Veneris."<sup>161</sup> Tituli colore rubro ornati adsunt.<sup>162</sup> Litterae quoque initiales coloribus alternis rubro et caeruleo ornatae sunt.<sup>163</sup> Multae etiam notae marginales atque interlineares et correctiones exhibentur, quae manu diversa exaratae videntur.<sup>164</sup> In f. 1<sup>r</sup> stemma genealogicum in forma aquilae adest.<sup>165</sup>

In hoc codice continentur:

- 1) ff. 1<sup>r</sup>-24<sup>v</sup>: Antonii Panormitae Hermaphroditi libri duo.
- 2) ff. 25<sup>r</sup>-28<sup>v</sup>: Antonii Panormitae epistola ad Poggium die I mensis Iulii anni 1455 data.
- 3) ff. 29<sup>r</sup>-30<sup>v</sup>: Meretrices Papienses ad Mediolanenses de laudibus Antonii Panormitae, carmen.
- 4) f. 30<sup>v</sup>: Epitaphium ... per Guarinum Veronensem; epitaphium editum ab Optaviano de morte cuiusdam pueri.
- 5) ff. 31<sup>r</sup>-33<sup>r</sup>: Antonii Panormitae disticha in laudem Joannis Lamolae.

---

<sup>161</sup>Mazzatinti, p. 192; Kristeller, p. 61.

<sup>162</sup>Cf. litteras a Roncetti.

<sup>163</sup>Cf. litteras a Roncetti.

<sup>164</sup>Cf. litteras a Roncetti.

<sup>165</sup>Cf. litteras a Roncetti.

- 6) ff. 33<sup>v</sup>-34<sup>r</sup>: Antonii Panormitae disticha in laudem Elisiae.
- 7) f. 34<sup>r</sup>: Epitaphium Hermaphroditi; versus Nesiedi<sup>166</sup> traducti per Guarinum Veronensem in Latinum.
- 8) ff. 34<sup>v</sup>-39<sup>r</sup>: Francisci Petrarcae de ipsum [sic] de dispositione vitae suae.<sup>167</sup>
- 9) ff. 39<sup>r</sup>-40<sup>r</sup>: Nicolaus Peroctus Bartholomaeo Troiano -- versio latina iurisiurandi Hippocratici.<sup>168</sup>
- 10) ff. 40<sup>v</sup>-55<sup>r</sup>: Carmina Priapea.
- 11) ff. 55<sup>v</sup>-58<sup>r</sup>: Joannis Mundi invectiva carmina vel salus ad Loisium Spontanum scripta.
- 13) f. 58<sup>v</sup>: Colophon quem supra in descriptione notavi.

T. Codex Taurinensis Varia 190<sup>169</sup>

Saec. XV, membr., 34.3 x 24 cm., 276 ff.

Hic codex, qui nunc in Bibliotheca Regali Augustae Taurinorum adservatur, pulchra littera humanistica et libra-

---

<sup>166</sup>Nesiedi, i. e., Hesiodi, in Kristeller, p. 61.

<sup>167</sup>Franciscus Petrarca, i. e., Lombardus a Serico, in Kristeller, p. 61.

<sup>168</sup>Kristeller, p. 61.

<sup>169</sup>Cf. photographa novem paginarum descriptionis huius codicis dactylographatae quae e Bibliotheca Regali Augustae Taurinorum acceperam.

ria ab uno librario exaratus est. Hic codex autem multis foliis eget. Folia 1<sup>r</sup>, 2<sup>v</sup> et 6<sup>v</sup> in margine ramis, floribus, Cupidinibus alatis eisque qui in equis vehuntur ornata sunt; adest etiam Caroli Iafredi (=Gaffredi) de Cuneo stemma rubrum in forma leonis aurei qui se erigit. Cf. f. 276<sup>v</sup> ubi tabula caerulea adest, in qua haec verba litteris aureis scripta leguntur: "DOMINI IAFREDI KAROLI / PRESIDIS DELPHINATVS / ET MEDIOLANI." Litterae initiales plerumque coloribus aureo, caeruleo et rubro ornatae sunt.<sup>170</sup>

In hoc codice continentur:<sup>171</sup>

- 1) ff. 1<sup>r</sup>-9<sup>v</sup>: Virgilii Bucolica.
- 2) ff. 10<sup>r</sup>-44<sup>v</sup>: Virgilii Georgica.<sup>172</sup>
- 3) ff. 44<sup>v</sup>-204<sup>v</sup>: Virgilii Aeneis.
- 4) f. 205<sup>r-v</sup>: vacuum, ut videtur.
- 5) ff. 206<sup>r</sup>-215<sup>v</sup>: Maphaei Vegii Aeneidos liber tertius decimus.
- 6) f. 216<sup>r-v</sup>: Alcini versus; Cornelii Galli ver-

<sup>170</sup> Miniaturae in hoc codice quodam Matthaeo Felici attribuantur, in Tammaro de Marinis, La biblioteca napoletana dei re d'Aragona, Vol. I (Milano: U. Hoepli, 1952), p. 158, tab. 46, quod indicium e descriptione dactylographata excerpti.

<sup>171</sup> De multis foliis quae desunt cf. descriptionem dactylographatam.

<sup>172</sup> Secundum descriptionem dactylographatam in f. 18<sup>v</sup> legitur: CARMINA OVIDII. Versus quattuor sequuntur: Hactenus aruorum cultus et sydera caeli / Pampineas canit ille comas: collesque uirentis / Descriptasque locis uites et dona lyei / Atque oleae ramos pomorum ex ordine lectos.

- sus; Hortulus, quod carmen fertur Virgilii.
- 7) ff. 216<sup>v</sup>-217<sup>r</sup>: Versus de vini et Veneris malis.
  - 8) f. 217<sup>r-v</sup>: Versus de livoris malitia.
  - 9) f. 217<sup>v</sup>: Versus de cantu Sirenarum; versus de die natali.
  - 10) f. 218<sup>r-v</sup>: Versus de fortuna; versus de Orpheo Threicio; versus de se ipso.
  - 11) ff. 218<sup>v</sup>-219<sup>r</sup>: Versus de aetatibus animalium; versus de ludo.
  - 12) ff. 219<sup>r</sup>-220<sup>r</sup>: Virgilii Aeneidos duodecim librorum argumenta.
  - 13) f. 220<sup>r-v</sup>: Carmen de Musarum inventis, quod fertur Virgilii.
  - 14) ff. 220<sup>v</sup>-223<sup>r</sup>: Elegiae in Maecenatem.
  - 15) ff. 223<sup>r</sup>-224<sup>r</sup>: Epitaphia virorum illustrium de Virgilio (disticha tredecim).
  - 16) ff. 224<sup>v</sup>-225<sup>r</sup>: Epitaphium Virgilii quod incipit "Mantua me genuit ..."; carmen de speculo, quod fertur Virgilii.
  - 17) ff. 225<sup>r</sup>-226<sup>r</sup>: Carmina de congelato fluvio et de Iride, quae feruntur Virgilii.
  - 18) ff. 226<sup>v</sup>-227<sup>v</sup>: Carmina de quattuor temporibus anni et de ortu Solis, quae feruntur Virgilii.
  - 19) ff. 227<sup>v</sup>-228<sup>r</sup>: Versus Virgiliani de Herculis



laboribus; versus de littera Y.

- 20) f. 228<sup>r-v</sup>: Carmen de signis caelestibus, quod fertur Virgilii.
- 21) f. 229<sup>r-v</sup>: vacuum, ut videtur.
- 22) ff. 230<sup>r</sup>-240<sup>v</sup>: Carmina Priapea.
- 23) ff. 240<sup>v</sup>-241<sup>v</sup>: Virgilii Copa.
- 24) ff. 241<sup>v</sup>-242<sup>r</sup>: De est et non, quod carmen fertur Virgilii; De institutione viri boni, quod carmen fertur Virgilii.
- 25) ff. 242<sup>v</sup>-249<sup>v</sup>: De rosis nascentibus, quod carmen fertur Virgilii; Virgilii Culex.
- 26) ff. 249<sup>v</sup>-252<sup>v</sup>: Virgilii Dirae.
- 27) ff. 252<sup>v</sup>-262<sup>v</sup>: Aetna.
- 28) ff. 262<sup>v</sup>-271<sup>r</sup>: Virgilii Ciris.
- 29) ff. 271<sup>r</sup>-274<sup>r</sup>: Virgilii Catalepton.
- 30) f. 274<sup>v</sup>: Versus de Sabino.
- 31) ff. 274<sup>v</sup>-276<sup>v</sup>: Virgilii Moretum.

U. Codex Vaticanus Barberinianus Latinus 135 (IX. 4)<sup>173</sup>

Saec. XIV (1340) et saec. XV., chart., 29 x 21.8 cm., ii + 32 + i ff., 40 ll. (ff. 1<sup>r</sup>-18<sup>v</sup>) et 32-36 ll. (ff. 19<sup>r</sup>-

---

<sup>173</sup> Elisabeth Pellegrin et al., Les Manuscrits classiques latins de la Bibliothèque vaticane, Vol. I (Paris: Editions du Centre national de la recherche scientifique, 1975), pp. 167-169; Sesto Prete, Codices Barberiniani Latini: codices 1-150 ([Città del Vaticano]: In Bybliotheca Vaticana, 1968), pp. 245-247. Photographis usus sum reductis e Bibliotheca Apostolica Vaticana.

32<sup>v</sup>).<sup>174</sup>

Hic codex, qui nunc in Bibliotheca Apostolica Vaticana adservatur, duobus codicibus constat. Primus (ff. 1<sup>r</sup>-18<sup>v</sup>) littera Gothica rotunda a Benvenuto Casinio, notario de Tuderto, Pisae in anno 1340 exaratus est; v. f. 15<sup>r</sup>, ubi legitur: "Iste Statius est ser Benvenuti ser Casini notarii de Tuderto qui fuit scriptus per eum in ciuitate Pisana ipso existente ibidem officiali ad portam Sancti Marci sub annis Domini M.III.XL."<sup>175</sup> Alter codex littera humanistica cursiva ab Ioanne Petro Laentino exaratus est; v. f. 32<sup>r</sup> in margine, ubi legitur: "Ioannes Petrus Laentinus .II<sup>a</sup>. die Junii incipiet Titi Liuii decadem de .II<sup>o</sup>. bello punico in auditorio suo hora post diuina officia .XX<sup>a</sup>" et "Reuerendissimo in Christo patri et domino d. Iacobo tituli sancti Crisogoni presbitero cardinali domino suo colendissimo."<sup>176</sup> F. 1<sup>r</sup> titulum habet, cuius littera initialis rubro est colore ornata.<sup>177</sup> Aliae litterae initiales in primo codice colore rubro ornatae sunt, et multae notae marginales et interlineares in primo codice inveniuntur.<sup>178</sup>

---

<sup>174</sup>Prete, p. 245.

<sup>175</sup>Pellegrin et al., p. 169; v. etiam Prete, p. 247.

<sup>176</sup>Pellegrin et al., p. 169; v. etiam Prete, p. 247.

<sup>177</sup>Prete, p. 247.

<sup>178</sup>Prete, p. 247.

In hoc codice continentur:

- 1) ff. i<sup>r</sup>-ii<sup>v</sup>: vacua.
- 2) ff. 1<sup>r</sup>-15<sup>r</sup>: Statii Achilleis.
- 3) f. 15<sup>v</sup>: vacuum.
- 4) ff. 16<sup>r</sup>-17<sup>r</sup>: Incerti auctoris vita Statii.
- 5) ff. 17<sup>r</sup>-18<sup>r</sup>: Statii Achilleidos argumenta.
- 6) f. 18<sup>v</sup>: vacuum.
- 7) ff. 19<sup>r</sup>-22<sup>r</sup>: Ausonii Cento nuptialis.
- 8) f. 22<sup>r-v</sup>: Ausonii Bissulae excerpta.
- 9) ff. 22<sup>v</sup>-24<sup>v</sup>: Ausonii Griphus ternarii numeri.
- 10) ff. 25<sup>r</sup>-30<sup>r</sup>: Epigrammata et epitaphia diversorum auctorum.<sup>179</sup>
- 11) ff. 30<sup>r</sup>-32<sup>r</sup>: Carmina Priapea I-XIX.
- 12) f. 32<sup>r</sup>: Carmina Priapea duo quae non inveniuntur in Carminibus Priapeis octoginta.
- 13) f. 32<sup>v</sup>: Flori Epitomae de Tito Livio excerpta<sup>180</sup>; Vegetii Epitomae rei militaris excerpta.

V. Codex Vaticanus Chigianus H. V. 164<sup>181</sup>

---

<sup>179</sup>De singulis epigrammatis et epitaphiis cf. Pellegrin et al., p. 168, et Prete, p. 246.

<sup>180</sup>Floro non attribuuntur in Prete, p. 247.

<sup>181</sup>Pellegrin et al., pp. 318-322; Paul Oskar Kristeller, Iter Italicum; a Finding List of Uncatalogued or Incompletely Catalogued Humanistic Manuscripts of the Renaissance in Italian and Other Libraries, Vol. II (London: The Warburg Institute; Leiden: E. J. Brill, 1967), p. 474; Remo Giomini,

Saec. XV, membr., 22.5 x 14.5 cm., 146 ff., 2 coll.  
nisi in ff. 1<sup>r</sup>-22<sup>v</sup>.

Hic codex, qui nunc in Bibliotheca Apostolica Vaticana  
 adservatur, parva littera humanistica Italica ab uno libra-  
 rio exaratus esse videtur.

In hoc codice continentur:

- 1) ff. 1<sup>r</sup>-3<sup>v</sup>: Pseudo-Messalae Corvini De Augusti  
 Caesaris progenie.
- 2) ff. 4<sup>r</sup>-10<sup>v</sup>: De viris illustribus Urbis Romae.
- 3) ff. 11<sup>r</sup>-22<sup>r</sup>: Leonardi Bruni Aretini Episto-  
 larum fragmenta.
- 4) f. 22<sup>v</sup>: vacuum.
- 5) ff. 23<sup>r</sup>-25<sup>v</sup>: Donati Vita Vergilii seu Donatus  
 auctus.
- 6) f. 25<sup>v</sup>: Anthologia Latina 740 et 242.
- 7) ff. 25<sup>v</sup>-26<sup>r</sup>: Anthologia Latina 635.
- 8) f. 26<sup>r</sup>: Anthologia Latina 633, 636, 637, 638,  
 629.
- 9) f. 26<sup>r-v</sup>: Anthologia Latina 628.
- 10) f. 26<sup>v</sup>: Anthologia Latina 674a; Ausonii Ec-  
 logarum liber: V, De aetatibus animantium  
 Hesiodon (Anthologia Latina 647); Anthologia

---

Appendix Vergiliana (Firenze: "La Nuova Italia" Editrice,  
 [1953]), pp. xxiii-xxiv. Bibliotheca Apostolica Vaticana  
 nullam mihi descriptionem huius codicis praebuit. Photogra-  
 phis autem usus sum e Bibliotheca Apostolica Vaticana.

Latina 495-506; Ausonii Eclogarum liber: XXV, Monosticha de aerumnis Herculis (Anthologia Latina 641).

- 11) ff. 26<sup>v</sup>-27<sup>r</sup>: Anthologia Latina 591-602.
- 12) f. 27<sup>r</sup>: Carmen de Musarum inventis, quod fertur Virgilii.
- 13) ff. 27<sup>r</sup>-28<sup>r</sup>: Elegiae in Maecenatem.
- 14) f. 28<sup>r</sup>: Epitaphia virorum illustrium; epitaphium Virgilii quod incipit, "Mantua me genuit ..."; Anthologia Latina 778, 800 (vv. 1-2), 813; Suetonii De vita Caesarum excerpta; Anthologia Latina 663.
- 15) f. 28<sup>r-v</sup>: Anthologia Latina 160.
- 16) f. 28<sup>v</sup>: Anthologia Latina 519-530, 531-537, 539-542, 543-544.
- 17) ff. 28<sup>v</sup>-29<sup>r</sup>: Carmen de quattuor temporibus anni, quod fertur Virgilii.
- 18) f. 29<sup>r-v</sup>: Carmen de Solis ortu, quod fertur Virgilii.
- 19) f. 29<sup>v</sup>: Carmen de Herculis laboribus, quod fertur Virgilii; carmen de littera Y, quod fertur Virgilii; carmen de signis caelestibus, quod fertur Virgilii.
- 20) ff. 29<sup>v</sup>-30<sup>r</sup>: Versus Ovidiani qui incipiunt, "Qualis bucolicis ...."
- 21) f. 30<sup>r</sup>: Anthologia Latina 720a; Virgilii

- Copa; De est et non, quod carmen fertur Virgilii.
- 22) f. 30<sup>r-v</sup>: De institutione viri boni, quod carmen fertur Virgilii.
- 23) f. 30<sup>v</sup>: De rosis nascentibus, quod carmen fertur Virgilii.
- 24) ff. 30<sup>v</sup>-33<sup>r</sup>: Virgilii Culex.
- 25) ff. 33<sup>r</sup>-34<sup>r</sup>: Virgilii Dirae.
- 26) ff. 34<sup>r</sup>-37<sup>r</sup>: Aetna.
- 27) ff. 37<sup>r</sup>-40<sup>r</sup>: Virgilii Ciris.
- 28) ff. 40<sup>r</sup>-41<sup>r</sup>: Carmina Priapea tria, quae feruntur Virgilii in Appendice Virgiliana.
- 29) ff. 41<sup>r</sup>-42<sup>r</sup>: Virgilii Moretum.
- 30) ff. 42<sup>r</sup>-45<sup>v</sup>: Carmina Priapea.
- 31) f. 45<sup>v</sup>: Carmina Priapea duo, quae Tibullo attribuuntur.
- 32) ff. 45<sup>v</sup>-50<sup>r</sup>: Virgilii Bucolica.
- 33) ff. 50<sup>r</sup>-62<sup>r</sup>: Virgilii Georgica.
- 34) f. 62<sup>r</sup>: Anthologia Latina 672.
- 35) f. 62<sup>r-v</sup>: Anthologia Latina 634.
- 36) f. 62<sup>v</sup>: Argumentum Virgilii Aeneidos libri primi, quod fertur Ovidii.
- 37) ff. 62<sup>v</sup>-72<sup>v</sup>: Virgilii Aeneidos fragmenta (X-XII).
- 38) ff. 76<sup>v</sup>, 73<sup>r</sup> et 77<sup>r</sup>-144<sup>v</sup>: Ovidii Metamorpho-

ses.<sup>182</sup>

39) ff. 73<sup>v</sup>-76<sup>r</sup>, 145<sup>r</sup>-146<sup>v</sup>: vacua.

W. Codex Vaticanus Chigianus H. V. 169<sup>183</sup>

Saec. XV (a. 1467?),<sup>184</sup> membr., 20.5 x 12.5 cm., i + 140 + i ff.

Hic codex, qui nunc in Bibliotheca Apostolica Vaticana adservatur, littera humanistica Italica cursiva a Guidone Bonatto (+ 1494) exaratus est; v. f. 141<sup>v</sup>, ubi legitur: "P. VIRGILII MARONIS PRIAPEAE LIBELLVS FINIT PER ME GVIDONEM BONATTVM." De anno cf. adnotationem 183. Litterae initiales colore aureo aliisque coloribus ornatae sunt; tituli et incipit autem, litteris maiusculis scripti, coloribus variis ornati sunt. Hic codex post Guidonem Bonattum, cuius arma heraldica in inferiore margine f. 1<sup>r</sup> exhibentur, Cardinalis Chigii erat, unde Chigianus vocatus est.

In hoc codice continentur:

- 1) f. i<sup>r-v</sup>: vacuum.
- 2) ff. 1<sup>r</sup>-46<sup>r</sup>: Ovidii Ars amatoria.

---

<sup>182</sup>Ff. 76<sup>v</sup> et 73<sup>r</sup> excerpta e libro primo Metamorphoseon continent, in Pellegrin et al., p. 322.

<sup>183</sup>Pellegrin et al., p. 326. Bibliotheca Apostolica Vaticana nullam mihi descriptionem huius codicis praebuit. Mihi praesto erant photographa e Bibliotheca Apostolica Vaticana.

<sup>184</sup>Annus "MCCCCLXVII" legitur in tegumenti dorso in margine inferiore, unde Cardinalis Chigius, qui olim hunc codicem possederat, in f. 1<sup>r</sup> ita notavit: "Codex scriptus a Guidone Bonatto anno domini MCCCCLXVII. ...."

- 3) ff. 46<sup>v</sup>-62<sup>r</sup>: Ovidii Remedia amoris.
- 4) ff. 62<sup>v</sup>-111<sup>v</sup>: Ovidii Amores.
- 5) ff. 112<sup>r</sup>-124<sup>r</sup>: Ovidii Ibis.
- 6) ff. 124<sup>v</sup>-128<sup>v</sup>: De nuce, quod carmen fertur  
Ovidii.
- 7) ff. 128<sup>v</sup>-141<sup>v</sup>: Carmina Priapea.
- 8) i<sup>r-v</sup>: vacuum.

X. Codex Vaticanus Latinus 1586<sup>185</sup>

Saec. XV, membr., 25.9 x 17.4 cm., i + 95 ff.

Hic codex, qui nunc in Bibliotheca Apostolica Vaticana adservatur, ab uno librario esse exaratus videtur. Litterae initiales duo auro illitae ramis et coloribus ornatae sunt variis; reliquae autem caeruleae. In f. 1<sup>v</sup> notae possessorum duae exhibentur, quarum una ita scripta est: "Iste liber est mei donni miniatis antonii Jacobi Johannis / puccii de Fl(orenti)a"; altera est erasa.

In hoc codice continentur:

- 1) f. i<sup>r-v</sup>: vacuum.
- 2) ff. 1<sup>r</sup>-14<sup>v</sup>: Virgilii Bucolica.
- 3) ff. 15<sup>r</sup>-51<sup>r</sup>: Virgilii Georgica.
- 4) ff. 51<sup>v</sup>-53<sup>r</sup>: Virgilii Moretum.
- 5) f. 53<sup>v</sup>: Virgilii epitaphium in Balistam.

---

<sup>185</sup>Bartolomeo Nogara, Codices vaticani latini, Vol. III (Romae: Typis polyglottis vaticanis, 1912), pp. 82-83. Bibliotheca Apostolica Vaticana nullam mihi descriptionem huius codicis praebuit. Photographis autem usus sum e Bibliotheca Apostolica Vaticana.



- 6) f. 54<sup>r</sup>: Disticha anonyma; Virgilii Copa.
- 7) f. 54<sup>v</sup>: De est et non, quod carmen fertur Virgilii.
- 8) f. 55<sup>r</sup>: De institutione viri boni, quod carmen fertur Virgilii.
- 9) ff. 55<sup>v</sup>-46<sup>r</sup>: De rosis nascentibus, quod carmen fertur Virgilii.
- 10) f. 56<sup>v</sup>: Carmen Priapeum LXXXII.
- 11) ff. 57<sup>r</sup>-63<sup>v</sup>: Virgilii Culex.
- 12) f. 64<sup>r</sup>: Carmen de venatione.
- 13) ff. 64<sup>r</sup>-66<sup>v</sup>: Virgilii Dirae.
- 14) f. 67<sup>r</sup>: Martialis Epigramma I. 19.
- 15) ff. 67<sup>v</sup>-76<sup>r</sup>: Carmina Priapea.
- 16) f. 76<sup>v</sup>: Iudicii signa (Migne, PL, Vol. XC, col. 1186).
- 17) f. 77<sup>r</sup>: Versus Sibyllini; carmen de littera Y.
- 18) f. 77<sup>v</sup>: Carmina de aetatibus et de Virgilio; Ovidii epigramma in Virgilium.
- 19) f. 78<sup>r-v</sup>: Dodecasticha de Hercule; pentasticha de Aeneidos libris duodecim.
- 20) f. 79<sup>r-v</sup>: Disticha de excidio Troiae.
- 21) f. 80<sup>r</sup>: Versus de Musis.
- 22) ff. 80<sup>v</sup>-81<sup>r</sup>: Versus barbari quidam; descriptio temporum et primo veris.
- 23) f. 81<sup>v</sup>: Epitaphia plura composita a diversis

pro Virgilio.

24) f. 82<sup>r-v</sup>: Tetrasticha de Virgilio.

25) f. 83<sup>r-v</sup>: Decasticha Cornelio Gallo attributa ne comburatur Aeneis; Servii Vari hexasticha de eodem argumento.

26) ff. 84<sup>r</sup>-94<sup>v</sup>: Probae Falconiae Cento (Incipit cum v. 94; accedit in fine f. 94<sup>r</sup> notitia de Proba Falconia.).

27) f. 95<sup>r-v</sup>: vacuum.

Y. Codex Vaticanus Latinus 1608<sup>186</sup>

Saec. XV exeuntis, membr., 27 x 17.9 cm., 52 ff.

Hic codex, qui nunc in Bibliotheca Apostolica Vaticana adservatur, ab uno librario esse exaratus videtur. Margines primi folii auro illiti et ramis ornati sunt pictis; inferior etiam eiusdem folii stemma della Rovere cum mitra pontificali exhibet. Litterae initiales maiores titulique coloribus rubro vel caeruleo ornati sunt.

In hoc codice continentur:

1) ff. 1<sup>r</sup>-40<sup>v</sup>: Catulli Carmina.<sup>187</sup>

2) ff. 41<sup>r</sup>-52<sup>v</sup>: Carmina Priapea cum aliis duobus

---

<sup>186</sup>Nogara, p. 95. Bibliotheca Apostolica Vaticana nullam mihi descriptionem huius codicis praebuit. Mihi praesto erant photographa reducta e Bibliotheca Apostolica Vaticana.

<sup>187</sup>Quoad hic codex ad Catulli textum restituendum pertinet, cf. Gerard J. O'Gorman, "Codex Vat. Lat. 1608: A Source for Catullus," Transactions of the American Philological Association, C (1969), pp. 321-329.

Carminibus Priapeis (LXXXI et LXXXII).

Z. Codex Vaticanus Latinus 1628<sup>188</sup>

Saec. XV exeuntis-XVI, chart., 20.5 x 14.5 cm., 246

ff.

Hic codex, qui nunc in Bibliotheca Apostolica Vaticana adservatur, ab uno librario exaratus esse videtur. Martialis Epigrammaton tituli colore ornati sunt rubro. Nonnullae variae lectiones in marginibus a f. 2<sup>r</sup> usque ad f. 24<sup>v</sup> inveniuntur.

In hoc codice continentur:

- 1) f. 1<sup>r</sup>: Epigramma Graecum Latine redditum; Maximiani Etrusci distichon ex Elegia I excerptum; scholia duo de Charta oppido et charta libro; disticha de Paride.
- 2) f. 1<sup>v</sup>: Epigramma in laudem Domitii cuiusdam, qui Martialis codicem emendatum ediderat.
- 3) ff. 2<sup>r</sup>-228<sup>r</sup>: Martialis Epigrammaton libri.
- 4) ff. 228<sup>v</sup>-229<sup>r</sup>: Plinii Epistula III. 21 (de Martialis obitu).
- 5) f. 229<sup>v</sup>: Monosticha de Herculis aerumnis; hexastichon de asse et partibus eius; de tribus templi Delphici inscriptionibus.
- 6) f. 230<sup>r-v</sup>: Hexasticha de Nonis et Kalendis.

---

<sup>188</sup>Nogara, pp. 116-117. Bibliotheca Apostolica Vaticana nullam mihi descriptionem huius codicis ampliolem praebuit. Photographis usus sum e Bibliotheca Apostolica Vaticana.

7) ff. 231<sup>4</sup>-245<sup>r</sup>: Carmina Priapea.

8) ff. 245<sup>v</sup>-246<sup>v</sup>: Disticha quinque, quorum duo priora sine auctore sunt, reliqua, in laudem Papae Alexandri VI et Caesaris filii scripta, Mathiae Canali cuidam tribui videntur.

a. Codex Vaticanus Latinus 2876<sup>189</sup>

Chart., 202 ff.

In hoc codice continentur:<sup>190</sup>

1) ff. 1<sup>r</sup>-16<sup>r</sup>: Carmina Priapea.

2) f. 16<sup>r-v</sup>: Excerpta e Demosthene; Philippi epistola ad Aristotelem; Aristotelis epistola ad Alexandrum.

3) ff. 17<sup>r</sup>-18<sup>v</sup>: Alexandri epistola ad Aristotelem; Aristotelis epistola ad Alexandrum.

4) ff. 19<sup>r</sup>-27<sup>v</sup>: Hieronymi epistola ad Ruffinum quendam ne ducat uxorem; experimenta quaedam

<sup>189</sup>Photographa catalogi manuscripti qui hunc codicem describit mihi praebuit mense Maio in anno 1980 Charles J. Ermatinger, Bibliothecarius Bibliothecae photographorum reductorum codicum Vaticanorum in Bibliotheca Memoriali Pii XII in urbe Sancti Ludovici in civitate Missouri. Photographis autem huius codicis usum sum e Bibliotheca Apostolica Vaticana. De priore collatione Carminum Priapeorum in hoc codice v. Robinson Ellis, "De codice Priapeorum Vaticano 2876," Rheinisches Museum für Philologie, XLIII (1888), pp. 258-267.

<sup>190</sup>In operibus quae in hoc codice continentur describendis accuratius discernere non potui inter ff.<sup>r</sup> et ff.<sup>v</sup>, quia auctor descriptionis manuscriptae idem non discreverat. Eodem modo et auctores et titulos notavi ac hos in descriptione manuscripta inveni, cum recte nesciebam de quo auctore aut titulo ageretur.

parvi momenti.

- 5) ff. 28<sup>r</sup>-29<sup>v</sup>: Luciani dialogus quidam, Latine ab Aurispa interpretatus.
- 6) f. 30<sup>r-v</sup>: Guarini Veronensis Epithalamium in Jacobum Porsium et Catherinam Lauunam peregrinam.
- 7) ff. 31<sup>r</sup>-37<sup>v</sup>: Poggii epistola ad L. Aretinum de Hieronymo (Johanne in d. mg.) Hus combusto Constantiae.
- 8) ff. 38<sup>r</sup>-51<sup>v</sup>: Benvenuti de Rambaldis Augustalis; Ad Marchionem Ferrariae (epistola?).
- 9) f. 52<sup>r-v</sup>: Cromatii et Eliodori epistola ad S. Hieronymum pro martyrologio; Hieronymi responsio ad eosdem.
- 10) f. 53<sup>r-v</sup>: Ex libro septimo Lactantii Divinarum Institutionum fragmentum quoddam.
- 11) ff. 54<sup>r</sup>-57<sup>v</sup>: Senecae Epistolae ad Paulum et Pauli ad Senecam, quibus praecedit vita Senecae et eiusdem epitaphium.
- 12) ff. 58<sup>r</sup>-65<sup>v</sup>: Servius Honoratus de ultimis syllabis ad Aquilium.
- 13) ff. 66<sup>r</sup>-77<sup>v</sup>: Poggii epistolae duae consolatoriae ad Cosmum Medicem.
- 14) f. 78<sup>r-v</sup>: Probi Valerii de vita Persii.
- 15) f. 79<sup>r-v</sup>: Galeatti Vicecomitis epistola ad Florentinos.

- 16) f. 80<sup>r-v</sup>: De receptione eiusdem epistola.
- 17) ff. 81<sup>r</sup>-82<sup>v</sup>: Corneliae Gracchorum matris epistola; Servii epistola ad Ciceronem.
- 18) ff. 83<sup>r</sup>-84<sup>v</sup>: Ciceronis epistola ad Servium Sulpicium.
- 19) f. 85<sup>r-v</sup>: Ciceronis epistola ad Caesarem.
- 20) f. 86<sup>r-v</sup>: Aeschinis fragmentum pro Alexandro; Demas in Alexandrum; Senecae epistola ad Lucilium.
- 21) f. 87<sup>r-v</sup>: Anonymi epistola.
- 22) f. 88<sup>r-v</sup>: Jo. Por. epistolae.
- 23) f. 89<sup>r-v</sup>: Anonymi epistola.
- 24) ff. 90<sup>r</sup>-93<sup>v</sup>: Excerpta ex libro De vita et moribus philosophorum; decem praecepta legis.
- 25) ff. 94<sup>r</sup>-97<sup>v</sup>: Burchielli aliquot carmina (sonetti) Italice scripta.
- 26) ff. 98<sup>r</sup>-105<sup>v</sup>: Guarini de diphthongis.
- 27) f. 106<sup>r-v</sup>: Anonymi carmen (sonetto) Italice scriptum.
- 28) f. 107<sup>r-v</sup>: Anonymi epigramma.
- 29) ff. 108<sup>r</sup>-109<sup>v</sup>: Lutii Oratoris comparatio Alexandri, Hannibalis et Scipionis, anonymo interprete; eiusdem interpretis epistola.
- 30) ff. 110<sup>r</sup>-111<sup>v</sup>: Luciani Charon, eodem interprete ac in 29; eiusdem epistola.

- 31) ff. 112<sup>r</sup>-168<sup>r</sup> (?): Plutarchi de virtute et malitia ab interprete anonymo Latine scriptum; annotationes variae ex Decadibus Titi Livii.
- 32) ff. 168<sup>r</sup>-174<sup>v</sup>: B. Ep̄ui Vencien̄ de miseria vitae humanae.
- 33) ff. 175<sup>r</sup>-178<sup>v</sup>: B. Bernardi epistola de cura et modo rei familiaris ad Raymundum Dominum Castri Ambrosii.
- 34) ff. 179<sup>r</sup>-180<sup>v</sup>: Boccaccii epistola ad Giacomum Villani Italice scripta; Francisci delle Barde epistola Italice scripta.
- 35) f. 181<sup>r-v</sup>: Ciceronis epistola ad Titium.
- 36) f. 182<sup>r-v</sup>: Anonymi de Kalendis diebus Aegyptiacis et indictione.
- 37) ff. 183<sup>r</sup>-188<sup>v</sup>: Leonardi Aretini libellus (novella) Italice scriptus.
- 38) ff. 189<sup>r</sup>-197<sup>v</sup>: Leonardi Aretini de vita Dantis Italice scriptum.
- 39) ff. 198<sup>r</sup>-202<sup>v</sup>: Epistola (?) de vita Francisci Petrarchae.

b. Codex Vaticanus Latinus 3269<sup>191</sup>

---

<sup>191</sup>Photographa descriptionis manuscriptae huius codicis in Bibliotheca Apostolica Vaticana e Bibliotheca Memoriali Pii XII in urbe Sancti Ludovici in civitate Missouri opera benigni Professoris Charles J. Ermatinger, Bibliothecarii Bibliothecae photographorum reductorum codicum Vaticana-

Saec. XV, chart., 20.5 x 13 cm., ii + 59 + i ff., ca.

31 ll.

Hic codex, qui nunc in Bibliotheca Apostolica Vaticana adservatur, tribus codicibus aut partibus (ff. 1<sup>r</sup>-38<sup>v</sup>, 39<sup>r</sup>-50<sup>v</sup>, 51<sup>5</sup>-59<sup>v</sup>) constat. Duae primae partes littera humanistica libraria ab uno librario exaratae esse videntur. Litterae initiales in prima parte colore rubro cum ornamentis quibusdam rubris ornatae sunt. In eadem parte alter librarius littera cursiva libraria quae ad Academiam Romanam pertinet correctiones quasdam addidit. In secunda parte sententiae initiales colore ornatae rubro adsunt. Pars tertia huius codicis littera cursiva inelegante a librario quodam viro docto exarata est. Praeterea librarius quidam saeculi XV exeuntis paucas correctiones passim addidit, itemque in f. 57<sup>r</sup> nomen Sidonii addidit.

In hoc codice continentur:

- 1) ff. i<sup>r</sup>-ii<sup>v</sup>: vacua.
- 2) ff. 1<sup>r</sup>-36<sup>v</sup>: Catulli Carmina.
- 3) ff. 37<sup>r</sup>-38<sup>v</sup>: vacua, ut videtur.
- 4) ff. 39<sup>r</sup>-51<sup>r</sup>: Carmina Priapea.
- 5) f. 51<sup>r-v</sup>: Incerti auctoris carmen amatorium.
- 6) f. 52<sup>r</sup>: De est et non, quod carmen fertur

---

norum, mense Maio in anno 1980 acceperam. Bibliotheca Apostolica Vaticana nullam mihi descriptionem huius codicis praebuit, sed mihi praesto erant photographa e Bibliotheca Apostolica Vaticana.



Virgilii.

7) f. 52<sup>v</sup>: De institutione viri boni, quod carmen fertur Virgilii.

8) i<sup>r-v</sup>: vacuum.

c. Codex Vaticanus Ottobonianus Latinus 1374<sup>192</sup>

Saec. XVI, chart., 21.2 x 14.1 cm., 157 ff.

Hic codex, qui nunc in Bibliotheca Apostolica Vaticana adservatur, littera humanistica Italica cursiva a compilatore et librario Francisco Barlettano exaratus est; v. f. 3<sup>r</sup>, ubi legitur: "Excerpta ... per Franciscum Barlectanum Volateranum."<sup>193</sup> Possessores huius codicis erant tres: Cardinalis Sirleto (?); Joannes Angelus dux de Altemps (v. eius ex-libris in f. 1<sup>r</sup>); Cardinalis Petrus Ottoboni, post cuius mortem in anno 1748 Bibliotheca Ottoboniana Bibliothecae Apostolicae Vaticanae accedit.<sup>194</sup>

<sup>192</sup>Pellegrin et al., pp. 541-542. Photographis usus sum e Bibliotheca Apostolica Vaticana.

<sup>193</sup>De Barlettano cf. Pellegrin et al., p. 542, et R[ino] Avesani, "Barlettani, Francesco," Dizionario biografico degli Italiani, Vol. VI (Roma: Istituto della Enciclopedia italiana, fondata da Giovanni Treccani, [1964]), pp. 400-401.

<sup>194</sup>De historia familiae et bibliothecae Ottoboniorum v. John F. Daly, "Mathematics in the Codices Ottoboniani Latini," Manuscripta, VIII (1964), pp. 3-4; Gaetano Luigi Marini et Constantino Ruggieri, Memorie istoriche degli archivi della Santa Sede e della Biblioteca Ottoboniana ora riunita alla Vaticana. Opusculi due (Roma: Tipografia Vaticana, 1825), pp. 40-51 (pars de Bibliotheca Ottoboniana a Ruggieri scripta est); Jeanne Bignami Odier, Premières recherches sur le fonds Ottoboni (Città del Vaticano: Biblioteca apostolica vaticana, 1966). Pars a Ruggieri scripta adnotata est in Er-

In hoc codice continentur:

- 1) f. 1<sup>r</sup>: vacuum, ut videtur.
- 2) ff. 1<sup>v</sup>-2<sup>v</sup>: (Francisci Barlettani?) Informatio iuris.
- 3) ff. 3<sup>r</sup>-25<sup>v</sup>: Horatii Operum excerpta.
- 4) f. 26<sup>r-v</sup>: (Francisci Barlettani?) Contra Comitem Iulium Rubeum.
- 5) f. 27<sup>r-v</sup>: vacuum, ut videtur.
- 6) ff. 28<sup>r</sup>-92<sup>r</sup>: Virgilii Operum excerpta.
- 7) f. 92<sup>v</sup>: vacuum, ut videtur.
- 8) ff. 93<sup>r</sup>-96<sup>v</sup>: Maphaei Vegii Aeneidos libri tertii decimi excerpta.
- 9) f. 97<sup>r</sup>: Anthologia Latina 242, 635 (vv. 21-25), 633 (vv. 13-16).
- 10) f. 97<sup>r-v</sup>: Anthologia Latina 629 (vv. 13-15).
- 11) f. 97<sup>v</sup>: Anthologia Latina 499-504 (6 vv.); carmen de Musarum inventis (Anthologia Latina 664).
- 12) ff. 97<sup>v</sup>-98<sup>r</sup>: Elegiae in Maecenatem.
- 13) f. 98<sup>r</sup>: Anthologia Latina 527 et 529.
- 14) f. 98<sup>v</sup>: Anthologia Latina 532, 534, 541, 546-554 (excerpta).
- 15) ff. 98<sup>v</sup>-99<sup>r</sup>: Anthologia Latina 569, 571,

572.

- 16) f. 99<sup>r</sup>: Anthologia Latina 581-585 (excerpta) et 632 (vv. 8-12).
- 17) f. 99<sup>v</sup>: Anthologia Latina 617; De est et non, quod carmen fertur Virgilii; De rosis nascentibus, quod carmen fertur Virgilii.
- 18) ff. 99<sup>v</sup>-100<sup>r</sup>: Virgilii Culicis excerpta.
- 19) f. 100<sup>r</sup>: Virgilii Dirarum excerpta.
- 20) f. 100<sup>r-v</sup>: Aetna.
- 21) ff. 100<sup>v</sup>-101<sup>r</sup>: Virgilii Ciris excerpta.
- 22) f. 101<sup>r</sup>: Virgilii Moreti excerpta; Virgilii Copae excerpta.
- 23) ff. 101<sup>v</sup>-102<sup>r</sup>: Carminum Priapeorum I-LXVIII excerpta.
- 24) ff. 102<sup>v</sup>-138<sup>r</sup>: Ciceronis Orationum excerpta.
- 25) ff. 138<sup>v</sup>-157<sup>v</sup>: vacua.

d. Codex Vaticanus Ottobonianus Latinus 1465<sup>195</sup>

Saec. XIV exeuntis et saec. XV, membr. et chart., 20.5 x 14 cm., i + 97 ff.

Hic codex, qui nunc in Bibliotheca Apostolica Vaticana adservatur, duobus codicibus constat: primus, littera Gothica humanistica exaratus, ff. 1<sup>r</sup>-40<sup>v</sup> constat; alter, littera humanistica cursiva exaratus, ff. 41<sup>r</sup>-97<sup>v</sup> constat. Lit-

---

<sup>195</sup>Pellegrin et al., pp. 576-577. Photographis usus sum e Bibliotheca Apostolica Vaticana.

terae initiales colore aureo in ff. 2, 13 et 31 ornatae sunt. Multae quoque notae marginales et interlineares adsunt, quae a Servii Commentario in Vergilii Georgica in ff. 53<sup>r</sup>-89<sup>v</sup> excerptae sunt. Duo possessores erant: primi ex libris in f. 40<sup>v</sup> legitur: "Bartolamei De Abis filius Domini Jacobi De Abis eius ciuis et habitator in Montecilise uel in Montelese" (saec. XVI); alter Joannes Angelus dux de Altemps (v. eius ex-libris in f. 41<sup>r</sup>), quem supra in descriptione codicis Ottoboniani Latini 1374 memoraveram.

In hoc codice continentur:

- 1) f. i<sup>r-v</sup>: vacuum.
- 2) ff. 1<sup>r</sup>-4<sup>r</sup>: Virgilii Bucolicorum fragmenta.
- 3) ff. 4<sup>v</sup>-40<sup>r</sup>: Virgilii Georgica.
- 4) ff. 40<sup>v</sup>-41<sup>r</sup>: vacua, ut videtur.
- 5) ff. 41<sup>v</sup>-89<sup>v</sup>: Virgilii Georgica cum Servii Commentarii in Vergilii Georgica excerptis in marginibus in ff. 53<sup>r</sup>-89<sup>v</sup>.
- 6) f. 90<sup>r-v</sup>: Carmina Priapea I-IV, 1.
- 7) ff. 91<sup>r</sup>-97<sup>v</sup>: vacua.

e. Codex Vaticanus Ottobonianus Latinus 1471<sup>196</sup>

Saec. XV, chart., 21.5 x 13.5 cm., 122 ff.

Hic codex, qui nunc in Bibliotheca Apostolica Vaticana adservatur, littera humanistica Italica cursiva ab uno librario exaratus esse videtur. Commentarius in ff. 9<sup>r</sup>-11<sup>v</sup> ad-

---

<sup>196</sup>Pellegrin et al., pp. 581-584.

ditur; amplae quoque notae marginales manu aequali et manu diversa tardiore passim, ff. 51<sup>r</sup>-57<sup>r</sup> et ff. 64<sup>r</sup>-67<sup>r</sup> exceptis, adsunt. Possessores erant tres: Cardinalis Sirleto (v. f. 3<sup>r</sup>); Joannes Angelus dux ab Altemps, cuius ex-libris in f. 1<sup>r</sup> exhibetur; Cardinalis Petrus Ottoboni, de quo v. descriptionem codicis Ottoboniani Latini 1374.

In hoc codice continentur:

- 1) ff. 1<sup>r</sup>-2<sup>v</sup>: Notae diversae.
- 2) f. 3<sup>r</sup>: Martialis Epigrammaton excerptum (IV, 8); Sillii Italici Punicorum excerptum (III, 32-44); Virgilii Aeneidos excerptum (VI, 24-27).
- 3) ff. 3<sup>v</sup>-4<sup>r</sup>: Carminum Priapeorum carmen IV.
- 4) f. 3<sup>v</sup>: Horatii Artis poeticae excerptum (v. 333).
- 5) ff. 4<sup>r</sup>-6<sup>r</sup>: Notae diversae.
- 6) f. 5<sup>r</sup>: Nota de fortuna.
- 7) ff. 6<sup>v</sup>-7<sup>v</sup>: vacua.
- 8) f. 8<sup>r-v</sup>: Anonymi epigramma.
- 9) ff. 9<sup>r</sup>-104<sup>r</sup>: Juvenalis Saturae.
- 10) ff. 104<sup>v</sup>-105<sup>v</sup>: vacua.
- 11) f. 106<sup>r</sup> (add.): Claudiani Carminum excerpta.
- 12) ff. 106<sup>v</sup>-107<sup>v</sup>: vacua.
- 13) ff. 108<sup>r</sup>-121<sup>r</sup>: Persii Saturae.
- 14) f. 121<sup>r</sup> (add.): Argumenta Persii Saturarum.
- 15) f. 121<sup>v</sup>: Horatii Operum excerpta.

16) f. 122<sup>r</sup> (add. div. manibus): Martialis Epigrammaton excerptum (XI, 26); carmen de Romanis regibus; (in d. mg.) Catulli Carminum excerptum (LV, 20); versus proverbiales; excerpta ex Aristotele; Sallustii Belli Catilinae excerpta (2, 7; 8, 1; 11, 3); Sallustii Belli Iugurthini excerptum (83, 1).

17) f. 122<sup>v</sup>: vacuum.

f. Codex Vaticanus Ottobonianus Latinus 2029<sup>197</sup>

Saec. XV, membr., 29 x 21 cm., i + 183 ff.

Hic codex, qui nunc in Bibliotheca Apostolica Vaticana adservatur, littera humanistica Italica rotunda ab uno librario exaratus est. Litterae initiales colore ornatae sunt aureo. Aliquot notae marginales diversis manibus aequalibus scriptae adsunt. Possessorum primus erat Marcus Lucius Fazini dictus Lucidus Phosphorus qui hunc codicem in anno 1468 correxit cum in castello Sancti Angeli in vincula coniectus erat<sup>198</sup> et epigrammata duo in f. 183<sup>r</sup> addidit,<sup>199</sup> quae cum

---

<sup>197</sup>Pellegrin et al., p. 754; Th. Simar, "Les Manuscrits de Martial du Vatican," Le Musée Belge, XIV (1910), pp. 209-210; José Ruysschaert, "Recherche des deux bibliothèques romaines des Maffei des XV<sup>e</sup> et XVII<sup>e</sup> siècles," La Bibliofilia, LX (1958), pp. 349-350; Paul Oskar Kristeller, Iter Italicum; a Finding List of Uncatalogued or Incompletely Catalogued Humanistic Manuscripts of the Renaissance in Italian and Other Libraries, Vol. II (London: The Warburg Institute; Leiden: E. J. Brill, 1967), p. 435. Mihi praesto erant photographa e Bibliotheca Apostolica Vaticana.

<sup>198</sup>Simar, p. 209; Kristeller, p. 435.

<sup>199</sup>Haec epigrammata due ex hoc codice phototypice ex-

verbis Graecis ita signavit: "ανολβίου τοῦ λουκιδοῦ φωσφόρου τὰ ἐπιγράμματα [sic]." Secundus possessor erat familia Maffeorum Romae,<sup>200</sup> quorum arma heraldica in inferiore margine in f. 3<sup>r</sup> exhibentur; tertius erat Cardinalis Petrus Ottoboni, de quo v. descriptionem codicis Ottoboniani Latini 1374.

In hoc codice continentur:

- 1) f. i<sup>r-v</sup>: vacuum.
- 2) f. 1<sup>r-v</sup>: Plinii Epistula III, 21 (de Martialis morte).
- 3) f. 2<sup>r-v</sup>: vacuum.
- 4) ff. 3<sup>r</sup>-173<sup>r</sup>: Martialis Epigrammata.
- 5) ff. 173<sup>r</sup>-182<sup>v</sup>: Carmina Priapea.
- 6) f. 183<sup>r</sup>: Marci Lucii Fazinii (lucidi Phosphori dicti) epigrammata duo.
- 7) f. 183<sup>v</sup>: vacuum.

g. Codex Vaticanus Palatinus Latinus 1055<sup>201</sup>

---

pressa sunt in Ruyschaert, p. 350, fig. 22; v. etiam Simar, p. 210, ubi item typis expressa sunt. De Fazinio cf. etiam John William Bradley, A Dictionary of Miniaturists, Illuminators, Calligraphers, and Copyists, with Reference to Their Works, and Notices of Their Patrons, from the Establishment of Christianity to the Eighteenth Century, Vol. II (London: B. Quaritsch, 1888), p. 12.

<sup>200</sup>De Maffeis cf. Ruyschaert, pp. 306-355.

<sup>201</sup>Photographa catalogi manuscripti qui hunc codicem describit mihi praebeuit mense Maio in anno 1980 Charles J. Ermatinger, Bibliothecarius Bibliothecae photographorum reductorum codicum Vaticanorum in Bibliotheca Memoriali Pii XII in urbe Sancti Ludovici in civitate Missouri. Photographis autem huius codicis usus sum e Bibliotheca Apostolica Vaticana. Photographa quoque descriptionis manuscriptae hui-

Saec. XV exeuntis,<sup>202</sup> chart., 32.1 x 21.2 cm.,<sup>203</sup> i + 331 ff. (+ f. 144 bis)<sup>204</sup>.

Hic codex, qui nunc in Bibliotheca Apostolica Vaticana adservatur, ab uno librario exaratus esse videtur. Notae marginales in ff. 142<sup>v</sup>-152<sup>r</sup> et 178<sup>v</sup>-204<sup>v</sup> abundant.

In hoc codice continentur:<sup>205</sup>

- 1) f. i<sup>r-v</sup>: vacuum.
- 2) ff. 1<sup>r</sup>-37<sup>r</sup> (ff. 5<sup>v</sup>-6<sup>v</sup> vacua): Aristotelis De anima.
- 3) ff. 37<sup>r</sup>-70<sup>r</sup>: Anonymi Compendium Physicae.<sup>206</sup>
- 4) f. 70<sup>v</sup>: vacuum.
- 5) ff. 71<sup>r</sup>-106<sup>r</sup> (ff. 92<sup>v</sup>-96<sup>v</sup> vacua): Metheororum (?) compendium.<sup>207</sup>
- 6) ff. 106<sup>v</sup>-108<sup>v</sup>: vacua.

---

us codicis quae in Institut de recherches et d'histoire des textes Parisiis adservatur mihi praebuit Pierre Burger, bibliothecarius eiusdem Instituti (Section latine), in litteris die XXVI mensis Junii anni 1978 datis.

<sup>202</sup>Cf. descriptionem manuscriptam a Burger.

<sup>203</sup>Cf. descriptionem manuscriptam a Burger.

<sup>204</sup>Cf. descriptionem manuscriptam a Burger.

<sup>205</sup>Indicem foliorum vacuorum e descriptione manuscripta a Burger excerpsi, quae tantum ff. 142<sup>r</sup>-204<sup>v</sup> et 211<sup>v</sup>-273<sup>v</sup> describit.

<sup>206</sup>Opus Physica esse Aristotelis videtur.

<sup>207</sup>Opus Metheororum (?) Meteorologica Aristotelis esse videtur.



- 7) ff. 109<sup>R</sup>-132<sup>V</sup> (f. 131<sup>R</sup> vacuum): Physicae compendium.<sup>208</sup>
- 8) ff. 133<sup>R</sup>-138<sup>V</sup>: Oeconomica.<sup>209</sup>
- 9) ff. 139<sup>R</sup>-141<sup>V</sup>: vacua.
- 10) f. 142<sup>R</sup>: Ciceronis Tusculanarum disputationum (?) excerpta.
- 11) ff. 142<sup>V</sup>-204<sup>V</sup> (f. 166<sup>V</sup> vacuum): Rhetorica ad Herennium.
- 12) ff. 205<sup>R</sup>-211<sup>R</sup>: Nescio quae opera in his foliis contineantur.<sup>210</sup>
- 13) ff. 211<sup>V</sup>-273<sup>V</sup>: Virgilii Aeneis.<sup>211</sup>
- 14) f. 274<sup>R-V</sup>: vacuum.
- 15) ff. 275<sup>R</sup>-285<sup>V</sup>: Carmina Priapea.<sup>212</sup>
- 16) f. 286<sup>R-V</sup>: vacuum.
- 17) ff. 287<sup>R</sup>-302<sup>V</sup>: Anonymi Quaestiones super lib. Posteriorum.<sup>213</sup>

---

<sup>208</sup>Opus Physica esse Aristotelis videtur.

<sup>209</sup>Opus Oeconomica esse Aristotelis videtur.

<sup>210</sup>Neutra descriptio affirmat utrum haec folia vacua sint necne.

<sup>211</sup>Titulus in descriptione Vaticana ita legitur: "Virgilij Maronis Aeneidos lib. V."

<sup>212</sup>Titulus in descriptione Vaticana ita legitur: "Valerij Martialis Priapeia."

<sup>213</sup>Opus Analytica posteriora esse Aristotelis videtur.

- 18) ff. 303<sup>r</sup>-310<sup>v</sup>: vacua.
- 19) f. 311<sup>r-v</sup>: Nescio quae opera in his foliis  
contineantur.<sup>214</sup>
- 20) ff. 312<sup>r</sup>-331<sup>v</sup>: Aristotelis Analyticorum  
posteriorum liber primus.

h. Codex Vaticanus Reginensis Latinus 1805<sup>215</sup>

Saec. XV, chart., 20.3 x 14.3 cm., i + 77 + ii ff.

Hic codex, qui nunc in Bibliotheca Apostolica Vaticana  
adservatur, littera humanistica cursiva a tribus librariis  
exaratus est. Aliquot litterae initiales colore rubro orna-  
tae sunt. Notae marginales, ab eisdem tribus librariis ali-  
isque librariis aequalibus scriptae, adsunt.

In hoc codice continentur:

- 1) f. i<sup>r-v</sup>: vacuum.
- 2) f. 1<sup>r</sup>: Virgilii Georgicorum liber II vv. 167-  
173.
- 3) f. 1<sup>v</sup>: vacuum.
- 4) ff. 2<sup>r</sup>-48<sup>v</sup>: Virgilii Georgica.
- 5) f. 48<sup>v</sup>: Aliquot sententiunculae.
- 6) ff. 49<sup>r</sup>-58<sup>v</sup>: Horatii Ars poetica.

---

<sup>214</sup>Neutra descriptio affirmat utrum hoc folium vacuum  
sit necne.

<sup>215</sup>Photographa descriptionis Italice scriptae a quadam  
Franca De Marco dactylographatae quae in Institut de recher-  
che et d'histoire des textes Parisiis adservatur mihi prae-  
buit Pierre Burger, bibliothecarius eiusdem Instituti (Sec-  
tion latine), in litteris die XXVI mensis Junii anni 1978  
datis.

7) ff. 59<sup>r</sup>-62<sup>r</sup>: Horatii Epistularum liber I Ep.  
II.

8) f. 62<sup>v</sup> et 2 ff. innumerata: vacua.

9) ff. 63<sup>r</sup>-65<sup>r</sup>: Virgilii Moretum.

10) f. 65<sup>v</sup>: Incerti auctoris Ars grammatica car-  
minibus expressa.

11) ff. 66<sup>r</sup>-76<sup>v</sup>: Carmina Priapea.

12) f. 76<sup>v</sup>: Aliquot sententiunculae.

13) f. 77<sup>r-v</sup> innumeratum: vacuum.

14) ff. i<sup>r</sup>-ii<sup>v</sup>: vacua.

i. Codex Vaticanus Vrbinas Latinus 745<sup>216</sup>

Saec. XV (ca. 1443-1444?),<sup>217</sup> membr., 18.7 x 12.4 cm.,  
ii + 22 ff.

Hic codex, qui nunc in Bibliotheca Apostolica Vaticana  
adservatur, ab uno librario exaratus esse videtur; in f. 21<sup>r</sup>  
subscriptio litteris rubris addita est: Angelus Ghini F. se-  
nensis, qui fieri potest ut hunc codicem exaraverit. Tituli  
rubri sunt, et litterae initiales maiores colore ornatae  
sunt aureo. Litterae autem initiales maximae pariter aureae

---

<sup>216</sup>Cf. Cosimo Stornajolo, Codices vrbinates latini,  
Vol. II (Romae: typis polyglottis Vaticanis, 1912), pp. 314-  
315, et photographa descriptionis Gallice a quodam E. Fol-  
lieri manuscriptae, quae in Institut de recherche et d'his-  
toire des textes Parisiis adservatur, mihi praebuit Pierre  
Burger, bibliothecarius eiusdem Instituti (Section latine),  
in litteris die XXVI mensis Junii anni 1978 datis. Mihi  
praesto erant photographa reducta e Bibliotheca Apostolica  
Vaticana.

<sup>217</sup>Cf. descriptionem manuscriptam.

coloribus ornatae sunt. In f. 4<sup>r</sup> ante textum tabella surculis coloribusque decorata est, in qua cupidines duo alati tesseram gentiliciam urbinatensem sustinent, quae quattuor aquilis praedita est; infra quoque duae litterae aureae adduntur: O(ddo) A(ntonius). In margine autem inferiore f. 4<sup>r</sup> aquila nigra, alis expansis, in arvo aureo depicta est. F. i<sup>r</sup> palimpsestum est, in cuius parte aversa alia manu scripta Ludouicus Mariscottus epistola et infra Angeli Lupi, linea obducta, expuncta sunt. Itemque in f. ii<sup>v</sup> haec verba expuncta sunt: Ludouici Marescotti carmina epistola dedicatoria ad Priapeia.<sup>218</sup>

In hoc codice continentur:

- 1) ff. i<sup>r</sup>-ii<sup>v</sup>: vacua. (V. supra in descriptione.)
- 2) ff. 1<sup>r</sup>-3<sup>r</sup>: Ludovici Mariscotti Senensis epistola donationis huius voluminis Odantonio illustrissimo principi, duci Urbini et comiti Montisferetri et Durantis; infra subscriptio: Ad Od. An. Il. prin.
- 3) f. 3<sup>v</sup>: Hexastichon contra affirmantes Virgilium esse auctorem Carminum Priapeorum; responsio ad idem hexastichon hexametris scripta.

---

<sup>218</sup> De Ludovico Mariscotto v. etiam particulam 4 indicis operum quae in codice Parisino Latino 8206 continentur, ubi eius praefatio in Carmina Priapea scripta est.

4) ff. 4<sup>r</sup>-19<sup>r</sup>: Carmina Priapea.

5) ff. 19<sup>r</sup>-21<sup>r</sup>: Carmen de Carminibus Priapeis.

(V. supra in descriptione.)<sup>219</sup>

6) ff. 21<sup>v</sup>-22<sup>v</sup>: vacua.

j. Codex Vaticanus Vrbinas Latinus 350<sup>220</sup>

Saec. XV, membr., 43 x 27 cm., i + 201 ff.

Hic codex, qui nunc in Bibliotheca Apostolica Vaticana adservatur, ab uno librario exaratus esse videtur. Tituli exhibentur maiusculis aureis, litteraeque maiores coloribus cum caeruleo tum aureo ornatae sunt. Litterae initiales autem maximae aureae coloribus floribusque ornatae sunt. In f. 1<sup>v</sup> circulus coloribus et floribus pictus est, in cuius medio exhibetur titulus codicis. In f. 2<sup>r</sup> quoque rectangulus auro et coloribus distinctus est, in quo Virgilii Bucolicorum titulus litteris maximis coloribus cum aureis tum caeruleis ornatis depictus est. In f. 2<sup>v</sup> autem ornamentum tripertitum, lineis, coloribus, bestiis atque tessera gentilicia Friderici Comitis Urbini ornatum posterius additum est. In f. 45<sup>v</sup> templi frons eleganter et insignibus et tessera gentilicia Friderici ducis ornata est, in cuius medio rectanguli Troiae incensae et Aeneae depicti sunt.

---

<sup>219</sup>In descriptione manuscripta huius Praefationis in Carmina Priapea Angelus Ghini dubius esse auctor dicitur.

<sup>220</sup>Cosimo Stornajolo, Codices vrbinates latini, Vol. I (Romae: typis Vaticanis, 1902), p. 322. Photographis usus sum e Bibliotheca Apostolica Vaticana.

In hoc codice continentur:

- 1) f. i<sup>r-v</sup>: vacuum.
- 2) f. 1<sup>r</sup>: vacuum.
- 3) f. 1<sup>v</sup>: v. supra in descriptione.
- 4) ff. 2<sup>r</sup>-14<sup>r</sup>: Virgilii Bucolica.
- 5) ff. 14<sup>v</sup>-46<sup>r</sup>: Virgilii Georgica.
- 6) ff. 46<sup>v</sup>-179<sup>v</sup>: Virgilii Aeneis.
- 7) ff. 180<sup>r</sup>-181<sup>r</sup>: Virgilii Moretum.
- 8) f. 181<sup>v</sup>: Virgilii Copa.
- 9) f. 182<sup>r</sup>: De est et non, quod carmen fertur Virgilii.
- 10) f. 182<sup>v</sup>: De institutione viri boni, quod carmen fertur Virgilii.
- 11) f. 183<sup>r</sup>: De rosis nascentibus, quod carmen fertur Virgilii.
- 12) ff. 183<sup>v</sup>-185<sup>v</sup>: Virgilii Dirae.
- 13) ff. 186<sup>r</sup>-191<sup>r</sup>: Virgilii Culex.
- 14) ff. 191<sup>v</sup>-200<sup>v</sup>: Carmina Priapea.
- 15) f. 201<sup>r-v</sup>: Asmenii epigramma de laude horti; Vomani epigramma de interno livore.<sup>221</sup>

k. Codex Vindobonensis 3108 (Philol. 129) (Rec. 922)<sup>222</sup>

---

<sup>221</sup>Asmenii et Vomani epigrammata Virgilio attribuuntur in codice sententia Stornajolo expressa, p. 322.

<sup>222</sup>Cf. Stephan Endlicher, Catalogus codicum philologorum latinorum Bibliothecae palatinae vindobonensis (Vindobonae: apud F. Beck Universitatis bibliopolam, 1836), pp. 63-64; Akademie der Wissenschaften, Vienna, Tabulae codicum

Saec. XV exeuntis,<sup>223</sup> chart., 33.2 x 23 cm.,<sup>224</sup> 233 +  
v ff.,<sup>225</sup> ca. 32-33 ll.,<sup>226</sup> 1 col.<sup>227</sup>

Hic codex, qui nunc in Bibliotheca Palatina Vindobonensi (nunc Oesterreichische Nationalbibliothek) adservatur, littera humanistica minuscula ab uno librario exaratus est, qui quidam M. Brisacher fieri potest ut fuerit; v. f. 158<sup>v</sup>, ubi legitur: "M. Brisacher. M."<sup>228</sup> Litterae initiales minusculae coloribus rubro et caeruleo ornatae sunt; litterae autem initiales in principio librorum singulorum paulum ornatae sunt. In fronte codicis, i. e., tegumenti fronte (?) unus possessor notatur: "1544. Rudbertus Nivimontanus est possessor hujus libri, datum a Iacobo Limitanio."<sup>229</sup> Hic codex Bibliothecae Palatinae Vindobonensi (nunc Oesterreichische Nationalbibliothek) inter annos 1716 et 1795 acce-

---

manv scriptorvm praeter graecos et orientales in Bibliotheca palatina vindobonensi asservatorvm, Vol. II (Vindobonae: venum dat Caroli Geroldi filivs, 1868), p. 198; litteras a Doctore Otto Mazal, bibliothecario Bibliothecae Palatinae Vindobonensis (nunc Oesterreichische Nationalbibliothek), die XIII mensis Novembris anni 1978 datas. Photographis usus sum e Bibliotheca Palatina Vindobonensi.

<sup>223</sup>Cf. litteras a Mazal.

<sup>224</sup>Cf. litteras a Mazal.

<sup>225</sup>Cf. litteras a Mazal.

<sup>226</sup>Cf. litteras a Mazal.

<sup>227</sup>Cf. litteras a Mazal.

<sup>228</sup>Cf. Endlicher, p. 63, et litteras a Mazal.

<sup>229</sup>Endlicher, p. 64

dit.<sup>230</sup>

In hoc codice continentur:

- 1) ff. 1<sup>r</sup>-158<sup>v</sup>: Virgilii Aeneis.
- 2) ff. 159<sup>r</sup>-160<sup>v</sup>: vacua.
- 3) ff. 161<sup>r</sup>-173<sup>r</sup>: Virgilii Bucolica.
- 4) ff. 173<sup>r</sup>-208<sup>r</sup>: Virgilii Georgica.<sup>231</sup>
- 5) ff. 208<sup>r</sup>-209<sup>v</sup>: Virgilii epigrammata sex.<sup>232</sup>
- 6) ff. 210<sup>r</sup>-219<sup>v</sup>: Carmina Priapea.
- 7) ff. 219<sup>v</sup>-220<sup>v</sup>: Pseudo-Tibulli carmen ad Priapum.
- 8) ff. 220<sup>v</sup>-221<sup>r</sup>: Virgilii Copa.
- 9) f. 221<sup>r</sup>: Epigramma de angue venatore et apro;  
Pseudo-Ovidii Argumenta in Virgilium.
- 10) ff. 221<sup>v</sup>-227<sup>v</sup>: Virgilii Culex.
- 11) ff. 227<sup>v</sup>-230<sup>r</sup>: Virgilii Dirae.
- 12) f. 230<sup>v</sup>: De est et non, quod carmen fertur  
Virgilii.<sup>233</sup>
- 13) ff. 230<sup>v</sup>-231<sup>r</sup>: De institutione viri boni,  
quod carmen fertur Virgilii.<sup>234</sup>

---

<sup>230</sup>Cf. litteras a Mazal.

<sup>231</sup>Georgica in f. 173<sup>v</sup> incipiunt in Endlicher, p. 63.

<sup>232</sup>Haec epigrammata in f. 209<sup>r</sup> finiunt in Endlicher, p. 63.

<sup>233</sup>Hoc carmen Ausonio tribuitur in Endlicher, p. 63, et Akademie der Wissenschaften, p. 198.

<sup>234</sup>Hoc carmen Ausonio tribuitur in Endlicher, p. 64, et Akademie der Wissenschaften, p. 198.



14) ff. 231<sup>r</sup>-232<sup>r</sup>: De rosis nascentibus, quod carmen fertur Virgilii.<sup>235</sup>

15) ff. 232<sup>r</sup>-233<sup>v</sup>: Virgilii Moretum.

16) ff. i<sup>r</sup>-iv<sup>v</sup>: vacua.<sup>236</sup>

1. Codex Vossianus Latinus O. 81<sup>237</sup>

Saec. XV (fortasse post ca. 1440),<sup>238</sup> membr., 16.6 x 10.8 cm.,<sup>239</sup> 226 ff., 29 ll. (ff. 31<sup>r</sup>-34<sup>v</sup>, 36<sup>v</sup>-50<sup>v</sup>: 25 ll.)<sup>240</sup>.

Hic codex, qui nunc in Bibliotheca Vniversitatis Lei-

<sup>235</sup>Hoc carmen Ausonio tribuitur in Endlicher, p. 64, et Akademie der Wissenschaften, p. 198.

<sup>236</sup>Cf. litteras a Mazal.

<sup>237</sup>Karel Adriaan Meyier, Codices Vossiani Latini, Pars III: Codices in Octavo (Leiden: Universitaire Pers, 1977), pp. 139-142; James L. Butrica, The Manuscript Tradition of Propertius (Diss. Toronto, 1978), pp. 45-46. De hoc codice cf. etiam Maximilian Röhrich, De Culicis potissimis codicibus recte aestimandis (Berolini: Heinrich & Kemke, 1891), passim; Oliffe Legh Richmond, "Towards a Recension of Propertius," Journal of Philology, XXXI (1910), pp. 162-196; Antonio La Penna, "Studi sulla tradizione di Propertio (Continuazione e Fine). III. Il gruppo C," Studi Italiani di Filologia Classica, XXVI (1952), pp. 8-14; Albinia Catherine de la Mare, "The Return of Petronius to Italy," Medieval Learning and Literature: Essays Presented to Richard William Hunt (Oxford: At the Clarendon Press, 1976), pp. 223-224. Huius codicis photographa reducta mihi praebuit Pierre Burger, bibliothecarius de Institut de recherche et d'histoire des textes Parisiis (Section latine).

<sup>238</sup>Hanc notitiam e litteris a Butrica die XVII mensis Maii anni 1979 datis excerpsti, sed Meyier, p. 139, hunc codicem saec. XV exeuntis esse exaratum dicit.

<sup>239</sup>16.5 x 10.5 cm. in Meyier, p. 139.

<sup>240</sup>Solum 25 ll. in Butrica, p. 45.

densis Lugduni Batavorum adservatur, littera Gothica fere humanistica ab uno librario exaratus esse videtur. In f. 54<sup>v</sup> littera initialis maior coloribus rubro et caeruleo ornata est; litterae initiales maiores in ff. 54<sup>v</sup>-55<sup>r</sup> colore ornatae rubro, minores simplices in ff. 13<sup>r</sup>, 14<sup>r</sup>-15<sup>v</sup>, 23<sup>r</sup> et 28<sup>v</sup> caeruleae, in ff. 29<sup>v</sup>-54<sup>r</sup> et 55<sup>v</sup>-172<sup>r</sup> rubrae. Hic codex in Italia septentrionali exaratus est; textus Propertii Ellegiarum e textu Propertiano in codice Genuensi Bibl. Vniversitaria E. III. 29 est derivatus qui in annis ca. 1430-1440 Florentiae exaratus est.<sup>241</sup>

In hoc codice continentur:

- 1) ff. 1<sup>r</sup>-10<sup>v</sup>: Carmina Priapea.
- 2) ff. 10<sup>v</sup>-13<sup>r</sup>:<sup>242</sup> Virgilii Moretum.
- 3) f. 13<sup>r-v</sup>:<sup>243</sup> De rosis nascentibus, quod carmen fertur Virgilii.
- 4) f. 14<sup>r-v</sup>:<sup>244</sup> Virgilii Copa.
- 5) f. 14<sup>v</sup>: Virgilii epigramma in Balistam.
- 6) ff. 14<sup>v</sup>-15<sup>r</sup>: De est et non, quod carmen fertur Virgilii.
- 7) f. 15<sup>r-v</sup>: De institutione viri boni, quod carmen fertur Virgilii.

---

<sup>241</sup>Cf. litteras a Mazal.

<sup>242</sup>Ff. 11<sup>r</sup>-13<sup>r</sup> in Meyier, p. 139.

<sup>243</sup>Ff. 13<sup>r</sup>-14<sup>r</sup> in Meyier, p. 140.

<sup>244</sup>Solum f. 14<sup>r</sup> in Butrica, p. 46.

- 8) ff. 15<sup>v</sup>-23<sup>r</sup>:<sup>245</sup> Virgilii Culex.  
 9) ff. 23<sup>r</sup>-26<sup>r</sup>: Elegiae in Maecenatem.  
 10) f. 26<sup>v</sup>: vacuum.  
 11) ff. 27<sup>r</sup>-54<sup>r</sup>: Petronii Satyricon excerpta.  
 12) ff. 54<sup>v</sup>-102<sup>r</sup>: Catulli Carmina.  
 13) ff. 102<sup>v</sup>-142<sup>r</sup>: Tibulli Elegiarum libri quattuor, Vita Tibulli in f. 102<sup>v</sup> adiecta.  
 14) ff. 142<sup>v</sup>-224<sup>r</sup>: Propertii Elegiarum libri quattuor.  
 15) ff. 224<sup>v</sup>-226<sup>v</sup>: vacua.

m. Codex Vossianus Latinus F. 78<sup>246</sup>

Saec. XV exeuntis, chart. (ff. ii<sup>r-v</sup> et 1<sup>r-v</sup> membr.),  
 29 x 20.5 cm., iv + 446 ff., 1-2 coll.<sup>247</sup>

Hic codex, qui nunc in Bibliotheca Vniversitatis Leidensis Lugduni Batavorum adservatur, littera hybrida, id est, litteris duabus, ab uno librario, ut videtur, exaratus est, qui maiora Virgilii opera litteris maioribus, cetera litteris scripsit minoribus;<sup>248</sup> alter librarius aequalis

---

<sup>245</sup>Ff. 15<sup>v</sup>-22<sup>v</sup> in Meyier, p. 140.

<sup>246</sup>Karel Adriaan de Meyier, Codices Vossiani Latini, Pars 1: Codices in Folio (Leiden: Universitaire Pers, 1973), pp. 167-171. Photographis usus sum e Bibliotheca Vniversitatis Leidensis.

<sup>247</sup>Folia quae opera minora Virgiliana continent saepe columnas duas exhibent secundum litteras a P. E. J. Obbema, bibliothecario Bibliothecae Vniversitatis Leidensis, die VII mensis Novembris anni 1978 datas.

<sup>248</sup>Cf. etiam litteras ab Obbema.

opera nonnulla in ff. 2<sup>r</sup>, 2<sup>v</sup> et 145<sup>v</sup> addidit. Litterae initiales in ff. 11<sup>r</sup>, 36<sup>v</sup> et 148<sup>r</sup> coloribus rubro caeruleoque, lineis rubris ornatis, distinctae sunt. Initium Vitae Virgilii in f. 1<sup>r</sup> littera aurea, coloribus caeruleo et fusco ornata, litteris rubris adiectis, distinctum est. Hic codex in Gallia exaratus est; inscriptio fortasse possessoris saec. XVI vel XVII, postea revulsa, in f. 446<sup>r</sup> olim exhibebatur.<sup>249</sup> Eodem modo in f. 1<sup>r</sup> nihil nisi "Emptus st (?)" legitur.

In hoc codice continentur:

- 1) ff. i<sup>r</sup>-iv<sup>v</sup>: vacua.
- 2) ff. 1<sup>r</sup>-4<sup>r</sup>: Donati Vita Virgilii. (De variis Vitis Virgilianis (aut Vergilianis) v. p. 17, adn. 47.)
- 3) ff. 4<sup>r</sup>-10<sup>r</sup>: Carmina, pleraque Pseudo-Virgiliana, epitaphia, etc.
- 4) f. 10<sup>v</sup>: vacuum.
- 5) ff. 11<sup>r</sup>-35<sup>v</sup>: Virgilii Bucolica.
- 6) ff. 36<sup>r</sup>-102<sup>r</sup>: Virgilii Georgica.
- 7) ff. 102<sup>r</sup>-143<sup>r</sup>: Appendix Virgiliana (Carmina Priapea: ff. 117<sup>v</sup>-122<sup>v</sup>).
- 8) ff. 143<sup>v</sup>-145<sup>r</sup>: vacua.
- 9) ff. 145<sup>v</sup>-432<sup>v</sup>: Virgilii Aeneis.
- 10) f. 433<sup>r-v</sup>: vacuum.

---

<sup>249</sup>Cf. etiam litteras ab Obbema.

11) ff. 434<sup>r</sup>-445<sup>v</sup>: Maphaei Vegii Virgilii Aeneidos liber decimus tertius.

12) f. 446<sup>r-v</sup>: vacuum, ut videtur, sed de f. 446<sup>r</sup> v. supra in descriptione.

n. Codex Wratislaviensis Rehd. 60<sup>250</sup>

Saec. XV, chart., 14 x 19.3 cm., 128 ff., 22 ll., 1 col.<sup>251</sup>

Hic codex, qui nunc in Bibliotheca Vniversitatis Wratislaviensis Wratislaviae adservatur, ab uno librario exaratus est. Tituli, quorum pars litteris maiusculis scripta est, colore rubro ornati sunt.<sup>252</sup> In f. 3<sup>r</sup> littera initialis N caerulea colore ornata est aureo, forma inaurata ad laevam figurisque coloribus variis ornatis additis.<sup>253</sup> Voces Graecae passim inveniuntur. De possessoribus prioribus huius codicis cf. antiquum signum quod sequitur: "V. Rhedigersch. Stadt-Bibliothek zu Breslau."<sup>254</sup>

---

<sup>250</sup>Cf. Konrat Julius Fürchtegott Ziegler, Catalogus codicum Latinorum classicorum qui in Bibliotheca urbi [sic] Wratislaviensi adservantur (editio stereotypa editionis Wratislaviensis 1915; Hildesheim, New York: Georg Olms Verlag, 1975), pp. 22-26, et litteras a Bartholomaeo (Bartłomiej) Kuzak, Directore Bibliothecae Vniversitatis Wratislaviensis, die XXIII mensis Novembris anni 1978 datas. Mihi praesto erant photographa reducta e Bibliotheca Vniversitatis Wratislaviensis.

<sup>251</sup>Cf. litteras a Kuzak.

<sup>252</sup>Cf. litteras a Kuzak.

<sup>253</sup>Cf. litteras a Kuzak.

<sup>254</sup>Cf. litteras a Kuzak, qui non dicit in quo folio

In hoc codice continentur:

- 1) ff. 1<sup>r</sup>-2<sup>v</sup>: vacua.
- 2) ff. 3<sup>r</sup>-27<sup>v</sup>: Calpurnii et Nemesiani Eclogae.
- 3) f. 27<sup>v</sup>: Disticha novem Nicolai de Valle Pio II Papae.
- 4) ff. 28<sup>r</sup>-47<sup>v</sup>: Hesiodi Opera et dies a Nicolao de Valle in Latinum conversi.
- 5) f. 48<sup>r</sup>: vacuum.
- 6) f. 48<sup>v</sup>: Vita Virgiliana quae dicitur Valerii Probi. (De variis Vitis Virgilianis (aut Virgilianis) v. p. 17, adn. 47.)
- 7) f. 49<sup>r</sup>: Alcinus (?) de Virgilii laude.
- 8) f. 49<sup>v</sup>: Cornelius Gallus de Virgilii Aeneide.
- 9) ff. 49<sup>v</sup>-50<sup>r</sup>: Hortulus, quod carmen fertur Virgilii.
- 10) ff. 50<sup>r</sup>-51<sup>v</sup>: Argumentum Aeneidos librorum.
- 11) ff. 52<sup>r</sup>-61<sup>r</sup>: Virgilii Culex.
- 12) ff. 61<sup>r</sup>-65<sup>r</sup>: Virgilii Dirae.
- 13) f. 65<sup>v</sup>: Virgilii Copa.
- 14) f. 66<sup>r-v</sup>: De est et non, quod carmen fertur Virgilii.
- 15) f. 67<sup>r-v</sup>: De institutione viri boni, quod

---

inveniatur. De Thoma Rehdiger eiusque bibliotheca cf. Albrecht W. J. Wachler, Thomas Rehdiger und seine Büchersammlung in Breslau. Ein biographisch-literarischer Versuch (Breslau: Verlag von J. D. Gröson und Komp., 1828).

carmen fertur Virgilii.

- 16) ff. 67<sup>v</sup>-68<sup>v</sup>: De rosis nascentibus, quod carmen fertur Virgilii.
- 17) ff. 68<sup>v</sup>-71<sup>v</sup>: Virgilii Moretum.
- 18) f. 71<sup>v</sup>: Versus Pseudo-Virgiliani qui incipiunt cum verbis "Nocte pluit ..." et "Monte sub hoc ..." (=epitaphium in Balistam); Ovidii versus qui incipiunt, "Qualis bucolicis ...."
- 19) f. 72<sup>r</sup>: Carmen de Musis, quod fertur Virgilii.
- 20) ff. 73<sup>r</sup>-87<sup>v</sup>: Aetna.
- 21) ff. 88<sup>r</sup>-92<sup>v</sup>: Virgilii Catalepton.
- 22) ff. 93<sup>r</sup>-108<sup>r</sup>: Carminum Priapeorum excerpta.
- 23) f. 108<sup>v</sup>: Sulpitii Carthaginensis versus.
- 24) ff. 108<sup>v</sup>-109<sup>r</sup>: Octaviani Augusti versus pro Virgilii Aeneide.
- 25) ff. 109<sup>v</sup>-110<sup>r</sup>: Palladii versus; epitaphia Virgilii disticha.
- 26) f. 110<sup>v</sup>: Carmen de Musarum nominibus et officiis.
- 27) ff. 111<sup>r</sup>-114<sup>v</sup>: Elegiae in Maecenatem.
- 28) f. 115<sup>r-v</sup>: vacuum.
- 29) ff. 116<sup>r</sup>-127<sup>r</sup>: Leonardi Dathi ad Gregorium Corrarum Venetum in quasdam fabellas Aesopi praefatio.

- 30) f. 127<sup>v</sup>: Joannis Antonii Campani carmen ad  
Pium Papam; Antonii Panormitae epigramma in  
laudem Aldae puellae.
- 31) f. 128<sup>r-v</sup>: Antonii Panormitae ad Petrum Lu-  
nensem responsio.



## CAPVT II

### DE CODICVM QVIBVS IN HAC EDITIONE

#### PRAEPARANDA VSVS SVM

#### AFFINITATE

Quo codicum manuscriptorum quibus usus sum in hac editione mea praeparanda<sup>1</sup> affinitatem melius illustrem, id quod horum codicum descriptio sola non praebet, eam affinitatem modis quattuor tractabo: primum edisseram quid editores priores de horum codicum affinitate dixerint (I); deinde, quid de eisdem codicibus memoraverint Frank-Rutger Hausmann et Vinzenz Buchheit viri docti (II); postremo, postquam ad codices ipsos redii ut statuam quando exarati essent, quae carmina omissa essent et in quo ordine exarata essent (III), virorum doctorum argumenta ab eis probabo quae ipse ex codicibus diligenter comperi (IV).

I. Ex omnibus editionibus prioribus usus sum sex: (1) Baehrens (1879); (2) Buecheler (1904); (3) Mueller (1913); (4) Vollmer (1923); (5) Pascal ([1931]); (6) Cazzaniga ([1959]).

---

<sup>1</sup>Triginta quinque alii codices, qui Carmina Priapea continent, extant, sed eis in hac editione mea praeparanda uti non potui, quia eos extare sero et interdum forte ac casu inveni.

Edd. pr. (1469), Ald. (1534) et Scaligeriana (1595) hic nullius momenti sunt.

(1) Baehrens, Emil. Poetae latini minores. Recensuit et emendavit Aemilius Baehrens. Volumen I (Lipsiae: in aedibus B. G. Teubneri, 1879).

Baehrens, p. 56, dicit K,<sup>2</sup> codicem Laurentianum Pluteum 33.31, archetypum esse e quo familiae duae derivatae sunt itemque ex his familiis omnes alios codices recentiores (saec. XV) derivare. Ex quibus Baehrens quoque, pp. 56-57, praeter K tantummodo codicibus tribus, H, L et l, in editione sua usus est.

(2) Buecheler, Franz. Petronii Satvrae et Liber Priapeorum; quartum edidit Franciscus Buecheler. Adiectae sunt Varronis et Senecae satvrae similesque reliquiae (Berolini: apud Weidmannos, 1904).

Buecheler, p. 139, ad eosdem codices spectat quibus Baehrens in editione supra citata, pp. 54-55, usus est. Buecheler autem hos codices in apparatu critico suo non nominat; praeterea lectiones quas viri docti aut correxerunt aut emendaverunt aut coniecerunt passim annotat.

(3) Mueller, Lucian. Catvlli, Tibvlli, Propertii Carmina. Accedunt Laevii, Calvi, Cinnae, aliorum reliquiae et Priapea. Recensuit et praefatus est Lucianus Mueller. Editio

---

<sup>2</sup>In codicibus nominandis siglis utar quae primus codicibus dedi. (V. conspectum siglorum meum.)

stereotypa (Lipsiae: in aedibus B. G. Teubneri, 1913).

Mueller, in Praefatione sua, p. xlvi, indicat unum codicem quem siglo A nominet olim esse, in quo Appendix Virgiliana, Carmina Priapea, etc. contineantur. In saec. IX et X autem quoddam apographon codicis A ita laesum est ut Carmina Priapea, quinque novissimis exceptis, omissa essent. Sententia Mueller expressa in eadem pagina quidam codex Bruxellensis saec. XII aut XIII carmina quae relictata sunt una cum quinque novissimis Priapeis continet; praeterea hunc codicem Bruxellensem altero codici qui Carmina Priapea, quinque novissimis exceptis, contineat, aequalem esse dicit, ex quo codices recentiores (saec. XV) derivent.

(4) Vollmer, Friedrich. Poetae latini minores; post Aemilium Baehrens iterum recensit Fridericus Vollmer. Volumen II-Fasciculus 2: Ovidi Nvx, Consolatio ad Liviam, Priapea (Lipsiae: in aedibus B. G. Teubneri, 1923).

Sententia Vollmer expressa, p. 36, codices duo antiquiores sunt, K (codex Laurentianus Pluteus 33.31) alterque codex hodie deperditus quem ipse siglo B nominat. Qui codex archetypum aliorum omnium codicum est, ex quibus codices H, L, l et n magni aestimat. Vollmer autem alios omnes, qui e B derivati sunt, siglo C nominat.

Itaque Vollmer, p. 38, addit quod K codex est optimus, sed non fons aliorum omnium, qui e codice B Vollmeriano derivant. Multi autem sunt qui lectiones ex codicibus K et B Vollmeriano habent. Vollmer, sicut Baehrens (v. supra), co-

dicis B Vollmeriani restituendi causa exemplaribus H, L et l utitur. PP. 40-41 autem exhibetur index aliorum codicum triginta et trium, qui omnes sententia Vollmer expressa in saec. XV exarati erant.

(5) Pascal, Carlo. Carmina ludicra Romanorum; Pervigilium Veneris - Carmen de rosis - Priapeorum libellus. Recensuit, praefatus est, appendicem criticam, testimonia adiecit Carolus Pascal (Aug. Taurinorum [etc.]: in aedibus Io. Bapt. Paraviae et sociorum, [1931]).

Pascal, p. xvi, eisdem codicibus usus est quibus Baehrens. (V. supra.) Sententia Pascal expressa autem duae familiae codicum qui e quodam archetypo derivati sunt exhibentur: K, codex Laurentianus Pluteus 33.31, quem siglo A nominat, et alter codex, qui non iam extat. Itaque alii codices recentiores qui Carmina Priapea continent ex hoc altero codice derivati sunt. Pascal quidem e codicibus K, H, L et l fere omnes lectiones in editione sua, paucis exceptis, usurpavit. Aliorum autem codicum recentiorum quaedam lectiones in eius apparatu critico exhibentur.

(6) Cazzaniga, Ignazio. Carmina ludicra Romanorum: Pervigilium Veneris, Priapea. Edidit Egnatius Cazzaniga (Aug. Taurinorum [etc.]: in aedibus Io. Bapt. Paraviae et sociorum, [1959]).

Cazzaniga, p. x, in Carminum Priapeorum textu restituendo codicibus duobus, K et H, utitur, qui a quodam archetypo, ut videtur, derivati sunt. Alios autem codices, codice

l escepto, parvi aestimat. Codex V autem maximam partem sequitur codicem K, sed quasdam lectiones ex H exhibet. Cazzaniga quoque in editione sua omnes codices, codicibus K, H, L, l et n exceptis, praetermittit. P. xi addit Cazzaniga codices L et n, quia lectiones exhibent bonas, quibus coniecturae virorum doctorum accedunt.

II. Duo de viris doctis qui in annis recentioribus Carmina Priapea interpretari studuerunt affinitatem codicum manusccriptorum Carminum Priapeorum tractaverunt: Frank-Rutger Hausmann et Vinzenz Buchheit. Buchheit vero Hausmann praecedit, sed primum quid Hausmann de Carminum Priapeorum codicibus dixerit edisseram: Hausmann primum dixit Vollmer (v. supra sub Vollmer, pp. 40-41) codicibus triginta et duobus usum Carmina Priapea edidisse, quibus codicibus alios codices triginta et duos addidisset Michael D. Reeve vir doctus e Collegio Exoniensi Oxonii,<sup>3</sup> deinde brevi familias quattuor in quas prior Buchheit hos codices diviserat descripsit<sup>4</sup> (de siglis quibus hos codices nominavit Buchheit v. Gnomon, XXXV (1963), p. 36):

- 1) K (Laurentianus Pluteus 33.31, A sententia Buchheit expressa).

---

<sup>3</sup>"Carmina Priapea," Catalogus translationum et commentariorum: Mediaeval and Renaissance Latin Translations and Commentaries; Annotated Lists and Guides, Vol. IV (Washington, D. C.: The Catholic University of America Press, 1980), p. 425, adn. 9.

<sup>4</sup>Pp. 425-426.

- 2) H (Guelferbytanus 373 (Helmstadiensis 338), B sententia Buchheit expressa).
- 3) n (Wratislaviensis Rehd. 60, sine siglo in Buchheit).
- 4) alii codices miscellanei.

Hanc divisionem primus praebuit Buchheit in recensione sua editionis Carminum Priapeorum quam Cazzaniga in anno 1959 edendam curavit, Gnomon, XXXV (1963), p. 36, his verbis:

Ohne Wert ist daher, was Cazz. zur Überlieferung selbst sagt. Ohne auf einzelnes hier eingehen zu können, sei nur folgendes mitgeteilt. Nach eigener Kollation aller bisher bekannten Hss lassen sich vier Gruppen feststellen, denen allen Eigenwert zukommt: 1. Hss um A; 2. Hss um den Rehdigeranus 60; 3. die grosse Gruppe um B; und 4. eine Mischklasse. Eine wichtige Rolle spielt dabei die Wechselwirkung zwischen Hss und Ausgaben des 15. Jh. Gerade der Vossianus, den Cazz. für die Textherstellung heranzieht, erweist sich als ein ganz unselbständiges Elaborat der Klasse B.

Buchheit quamquam in anno 1962 opus esse Carminum Priapeorum editionem quae omnes codices complectatur curare putat, tamen postquam mentionem fecit recensionis suae supra citatae, breviter his verbis addit: "Die Überlieferung zu rekonstruieren, ist bis heute nicht einmal im Ansatz versucht worden."<sup>5</sup>

Hausmann autem huic divisioni quadripertitae quam Buchheit constituerat indicem codicum addidit qui exemplaria incunabulorum esse videntur: E, I, N, T, V, Y, c, m, n.<sup>6</sup> De

---

<sup>5</sup>Studien zum Corpus Priapeorum (München: C. H. Beck'sche Verlagsbuchhandlung, 1962), p. 2, adn. 2.

<sup>6</sup>"Carmina Priapea," pp. 425-426. Huic indici addidit Hausmann, p. 425, codices duos quos ego non contuli: Abbey

quo indice plura infra mox dicam.

III. Quae ipse de codicibus qui Carmina Priapea continent comperi nunc copiose exponam et ab eis quae viri docti supra citati de eisdem codicibus rettulere probabo.

1) Si quis descriptionem codicum manuscriptorum quibus usus sum vel etiam praecipue examinet ut statuatur quando exarati essent, hoc facile possit statui, sed saecula in quibus exarati erant hic melius ac palam exponam; tabula animadvertenda est quam hic velut in appendice addo:

A: Saec. XIV ineuntis: K

B: Saec. XV: E, I, J, L, M, N, T, U, V, X, a,<sup>7</sup> b, d, e,  
f, h, i, n

I) Saec. XV ineuntis: C

A) 1420-1421: B

B) post ca. 1440: l

C) ca. 1443-1444?: i

D) 1450: G

II) Saec. XV exeuntis: P, Q, Y, g, k, m

A) 1453-1460: A

B) 1455: S

C) 1460-1461: H

III) 1464-1471: F

---

(Major J. R.) J. A. 3164 et Novoeboracensem Pierpont Morgan Library M. 223.

<sup>7</sup>Nescio quando exaratus sit, sed certe dubito eum in saec. XVI exaratum esse.

IV) 1467?: W

V) ante 1482: D

C: Saec. XV exeuntis-saec. XVI ineuntis: O, R, Z

D: Saec. XVI: c

2) Hic adiecta est tabula carminum aut versuum qui  
omissi sunt:

I. 1-2: c

XIV: c, d, e

I. 7-8: c

XIV. 5: om. add. B

II: c

XIV. 7: L

III: E, ed. pr.

XV: c, d, e

III. 3-10: c

XVI: c, d, e

IV: S, c

XVII: c, d, e

IV. 2-4: d

XVIII: c, d, e

V: E, d, e, n, ed. pr.

XIX: E, c, d, e, ed. pr.

V. 1-2: c

XX: U, c, d, e

VI: E, c, d, e, ed. pr.

XXI: E, U, c, d, e, ed. pr.

VII: E, c, d, e, ed. pr.

XXII: E, U, c, d, e, ed. pr.

VIII: c, d, e

XXIII: E, U, c, d, e, ed. pr.

VIII. 3: L

XXIII. 1: G

IX: c, d, e

XXIII. 2: om. add. i

X: c, d, e

